cet tibi hæc, & amorem & formam, & nuptias pomo isto mercari. Pa. At metuo, ne me post latum iudiciũ negligas & cõtẽnas V. Vis igitur, vt iurẽ tibi? P. Nequaq̃ sed tantum promitte de nuo. Ve. Promitto igitur, Helenam tradituram me esse vxorẽ tibi, & futuram comitem proficiscenti ad ipsam, deinde & Ilium venturam esse ad vos, & ipsa adero, & adiuuabo omnia. Pa. Etiam Cupidinem & Amabilitatem & Gratias tecum adduces? Ve. Bonum animum habe, quin & desiderium & Hymenæum præterea comites assumã. Par. Ob hæc igitur do tibi pomum, ob hæc accipe.

Αρεως καὶ Ερμοῦ.

Ηκουσας ὦ Ερμῆ, οἷα ἠπείλησεν ἡμῖν ὁ Ζεὺς, ὡς ὑπεροπτικὰ καὶ ἀπίθανα; ἢν ἐθελήσω, φυσὶν, ἐγὼ μὲν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ σειρὰν καθήσω, ὑμεῖς δ' ἢν ἀποκρεμασθέντες, κατασπᾶν βιάζεσθέ με, μάτην

Martis & Mercurij.

Audistin' Mercuri, cuiusmodi nobis minatus sit Iupiter, quam superba, quamque dictu absurda? Ego, inquit, si voluero cathenam ex æthere demittam, vnde si vos suspensi me vi detrahere

here conemini, luseritis operam, nunquam enim me deorsum trahetis. Cōtra ego vos, si velim, in altum attrahere, non vos modo, verumetiam tum terram ipsam, tum mare pariter subiectum in sublime sustulero. Ad hæc alia permulta, quæ tu quoque audisti. At ego, siquidem cum viro quolibet singulatim conferatur, ita præstantiorem eum esse viribusque superiorē, haudquaquā negauerim. verū vnum tam multis pariter in tantum antecellere, vt eum ne pondere quidem vincere queamus, etiam si terram ac mare nobis adiunximus, id neutiquam crediderim. ME. Bona verba Mars. Neq; enim sat tutum est ista loq, ne quid forte mali nobis conciliemus petulantia. MA. Putas vero me apud quemlibet hæc dicturum? imo apud te solum id audeo, quē linguæ continentis esse sciebam. Sed quod mihi maxime ridiculum videbatur, tum quum hæc minitantem audirem haud que-

τὴν πονήσετε. οὐ γὰρ δὴ καθελκύσετε. ὁ δὲ ἐγὼ θελήσαιμι ἀνελκύσαι, οὐ μόνον ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ τὴν γῆν ἅμα καὶ τὴν θάλασσαν συναρτήσας μετεωριῶ. καὶ τἆλλα, ὅσα καὶ σὺ ἀκήκοας. ἐγὼ δὲ ὅτι μὲν καθ' ἓν ἁπάντων ἀμείνων καὶ ἰσχυρότερός ἐστιν, οὐκ ἂν ἀρνηθείην. ὁμοῦ δὲ τῶν τοσούτων ὑπερφέρειν, ὡς μὴ καταβαρήσειν αὐτὸν, κἂν τὴν γῆν κἂν τὴν θάλασσαν προσλάβομεν. οὐκ ἂν πεισθείην. Ερμ. εὐφήμει ὦ ἄρες. οὐ γὰρ ἀσφαλὲς λέγειν τὰ τοιαῦτα, μὴ καί τι κακὸν ἀπολαύσωμεν τῆς φλυαρίας. Αρης. οἴει γάρ με πρὸς πάντας ἂν ταῦτα εἰπεῖν, οὐχὶ δὲ πρὸς μόνον σὲ, ὃν ἔχεμυθεῖν ἠπιστάμην. ὁ γοῦν μάλιστα γελοῖον ἔδοξέ μοι, ἀκούοντι μεταξὺ τῆς ἀπειλῆς, οὐκ ἂν δυναίμην σιωπῆσαι πρὸς σε.

σε. μέμνημαι γὰρ οὐ πρὸ πολλοῦ, ὁπότε ὁ Ποσειδῶν καὶ ἡ Ηρα καὶ ἡ Αθηνᾶ ἐπανασάντες, ἐπεβούλευσαν ξωνδῆσαι αὐτὸν λαβόντες, ὡς παντοῖος ὢν δεδιὼς καὶ ταῦτα, τρεῖς ὄντας. καὶ εἰ μή γε ἡ Θέτις κατιλεήσασα ἐκάλεσεν αὐτῷ σύμμαχον Βριάρεων ἑκατόγχειρα ὄντα. κἂν ἐδέδετο αὐτῷ κεραυνῷ καὶ βροντῇ. ταῦτα λογιζομένῳ, ἐπήει μοι γελᾶν ὅπῃ τῇ καλλιεξημοσωίᾳ αὐτοῦ. Ερμ. σιώπα, σύφημι. οὐ γὰρ ἀσφαλὲς οὔτε σοὶ λέγειν, οὔτε ἐμοὶ ἀκούειν τὰ τοιαῦτα.

queam apud te reticere. Etenim memineram, quum nō ita multo ante Neptunus, Iuno ac Pallas, mota aduersus eum seditione, machinarentur comprehensum illū in vincula coniicere, quā topere formidarit, vtq; in omnem speciem sese verterit, idque cum tres duntaxat essēt dii. quod ni Thetis misericordia commota, Briareum cētimanum illi auxilio accersiuisset, ipso pariter cum fulmine ac toni tru vinctus erat. Hæc reputanti mihi ridere libebat eius magniloquentiam iactantiamq;. MER. Tace, bona verba neq;.n. tutum est ista vel tibi dicere, vel audire mihi.

ridere.

Πανὸς καὶ Ερμοῦ. Παν.

Panis & Mercurij.

Χαῖρε ὦ πάτερ Ερμῆ. Ερμ. νὴ καὶ σύ γε. ἀλλὰ πῶς ἐγὼ σὸς πατήρ; Πα. οὐχ ὁ Κυλλήνιος Ερμῆς ὦ τυγχάνεις; Ερμ. καὶ μάλα. πῶς οὖν ὑὸς ἐμὸς εἶ; Παν. μοιχί-

Salue o pater Mercuri. MER. Salue vtique & tu. Sed quomodo ego pater tuus sum? PA. An non Cyllenius ille Mercurius es tu? MER. Atque admodū. Quo pacto igitur meus filius es? P.

Ad ulterinus ſum, ex amore tibi natus. MER. Per Iouem hirci fortaſſe cuiuſdam, qui capram per adulterium cognouit. Nam meus quō fueris, qui & cornua habes, & naſum talē, & barbā hirtam, & pedes bifidos, hircinoſque, prēterea & caudam ſuper natibus? PA. Quæcunque in me conuiciando dicis, iis tuum ipſius filium, pater, probroſum ac turpē declaras, imo potius teipſum qui eiuſmodi generas & tales liberos procreas. Ego vero extra culpam ſum. ME. Quā autem etiam matrem tuam ais eſſe? Nū ignorās alicubi cum capra adulterium exercui ego? PA. Non cum capra, ſed tibi ipſe in memoriam reuoca, nū in Arcadia quandoque puellam liberam per vim ſtupraris. Quid mordendo digitum, quæris ac diu dubitas? Icarii filiā dico Penelopen. M. Quid igitur illi accidit, quod pro me hirco ſimilem te peperit? PA. Dicam tibi, quæ ex illa ipſa audiui. Quando enim me

μοιχίδιός εἰμι, ἐξ ἔρωτός σοι γιγνόμενος. Ερ. νὴ Δία τράγου ἴσως τινὸς μοιχεύσαντος αἶγα. ἐμὲ γὰρ τῶν κέρατα ἔχων, καὶ ῥῖνα τοιαύτην, καὶ τράγωνα λάσιον, καὶ σκέλη διχηλὰ καὶ τραγικὰ, καὶ οὐρὰν ὑπὲρ τὰς πυγάς; Παν. ὅσα αὖ λοιδορῇ εἰς ἐμὲ, τὸν σεαυτοῦ υἱὸν ὦ πάτερ ἐπονείδιστον ἀποφαίνεις, μᾶλλον δὲ σεαυτὸν, ὃς τοιαῦτα γιγνᾷς, καὶ παιδοποιεῖς, ἐγὼ δὲ ἀναίτιος. Ερμ. τίνα δὲ καὶ φὴς σου μητέρα; ἄπου ἔλαθον, αἶγα μοιχεύσας ἔγωγε. Παν. οὐκ αἶγα ἐμοιχευσας, ἀλλ' ἀνάμνησον σεαυτὸν, ἔποτε ἐν Αρκαδίᾳ παῖδα ἐλευθέραν ἐβιάσω. τί δακὼν τὸν δάκτυλον ζητεῖς, καὶ ὀκνολὺ διορεῖς; τὴν Ικαρίου λέγω Πηνελόπην. Ερ. εἶτα τί παθοῦσα ἐκείνη αὐτ' ἐμοῦ τράγῳ σε ὅμοιον ἔτεκεν; Παν. αὐτῆς ἐκείνης λόγον σοι ἐρῶ. ὅτε γάρ

με

με ἐξέπεμπεν ὅτι τῷ Αρκαδίαν, ὦ παῖ, μήτης μού σου, ἔφ' ἐγώ εἰμι Πηνελόπη ἡ σπαρτιάτις, τὸν πατέρα δὲ γίνωσκε θεὸν ἔχων Ερμῆν τὸν Μαίας καὶ Διός. εἰ δὲ κερασφόρος καὶ τραγοσκελὴς εἶ, μὴ λυπείτω σε. ὁπότε γάρ μοι σωλῶν ὁ πατὴρ ὁ σὸς, τράγῳ ἑαυτὸν ἀπείκασεν, ὡς λάθοι. καὶ διὰ τοῦτο ὅμοιος ἀπέβης τῷ τράγῳ. Ερμ. νὴ Διὰ μέμνημαι ποιήσας τι τοιοῦτο. ἐγὼ οὖν ὁ ὅτι κάλλει μέγα φρονῶν, ἔτι ἀγένειος αὐτὸς ὤν, σὸς πατὴρ κεκλήσομαι, καὶ γέλωτα ὀφλήσω παρὰ πᾶσιν ὅτι τῇ εὐπαιδίᾳ. Παν. καὶ μὴν οὐ καταισχυνῶ σε ὦ πάτερ. μουσικός τε γάρ εἰμι, καὶ συρίζω πάνυ καπυρόν. καὶ ὁ Διόνυσος οὐδὲν ἐμοῦ ἄνευ ποιεῖν δύναται, ἀλλὰ ἑταῖρον καὶ διασώτην πεποίηκέ με, καὶ ἡγοῦμαι αὐτῷ τοῦ χοροῦ. καὶ τὰ ποίμνια δὲ, εἰ διάσαιό μου ὁπό-

me in Arcadiam ablegabat, O puer, inquit, Mater quidē tua ego sum, Penelope, ex Sparta nata. Cæterum patrem noris habere te deum, Mercurium illum Maiæ ac Iouis filiū, Quod si igitur cornutus ipse es, ac pedes hircinos habes, ne id ægre feras. Quādo enim mecum rem habebat pater tuus, hirco seipsum assimilauerat, quo facilius lateret, & ob id similis hirco tu quoque euasisti. Me. Per Ioué, memini me tale quiddā facere. Ego igitur formosus ille, qui ob formā ac pulchritudinem animum elatum præ me fero, qui adhuc imberbis ipse sum pater tuus vocabor? & ab omnibus risu accipiar ob præclarā liberorum procreationē Pa. At vero dedecori tibi pater non sum. Nam & Musicus sum & fistula cano, admodum pleno spiritu. Et Bacchus ille nihil absque me facere quicquam potest, sed & socium & consultatorē fecit me, & duco ipsi chorum. Iam & ouilia mea

si videas, quod per Tegeam & per Partheniũ habeo, admodum delectaret te. Impero autem & Arcadiæ toti. Nuper vero etiam Athenienſibus auxilium ferens, ita præclare rẽ geſſi in Marathone, vt ceu donum militare quoddam retulerim, antrũ illud, quod eſt ſub arce. Quod ſi igitur Athenas veneris, cognoſces quantum ibi ſit nomen Panos. MER. At dic mihi, duxiſti ne vxorem iam? Hoc enim opinor, dictitant te. PA. Nequaquam pater, amator enim ſum, & non cũ vna aliqua rem habere contentus forem. MERCVR. Capras videlicet conſcendis. PA. Tu quidem irrides me, at ego tamen & cum Echone, & cum Pity rem habeo, & præterea & cum omnibus Bacchi Mænadibus, atque admodum ſtudioſe ab illis obſeruor. MERCVR. Scis igitur quid te gratificari mihi, fili, omnium velim? PA. Impera pater, nos autem videbimus, hæc vti fiãt. ME. Et accedas ad me, &

ὁπόσα περὶ Τέγεαν καὶ αὐτὸ τὸ Παρθένιον ἔχω, πάνυ ἥδῃσθα. ἄρχω δὲ καὶ τῆς Ἀρκαδίας ἁπάσης. πρώην δὲ καὶ Ἀθηναίοις συμμαχήσας, οὕτως ἠρίστευσα ἐν Μαραθῶνι, ὥστε καὶ ἀριστεῖον ἠρέθην μοι. τὸ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σπήλαιον. διὰ γοῦν ἐς Ἀθήνας ἔλθῃς, εἴσῃ ὅσον ἐνεῖ τὸ Πανὸς ὄνομα. ΕΡΜ. εἰπὲ δέ μοι, γεγάμηκας ὦ πάτερ ἤδη; τοῦτο γὰρ οἶμαι, καλοῦσί σε. ΠΑΝ. οὐδαμῶς ὦ πάτερ. ἐρωτικὸς γάρ εἰμι, καὶ οὐκ ἂν ἀγαπήσαιμι συνὼν μιᾷ. ΕΡΜ. ταῖς οὖν αἰξὶ δηλαδὴ ἐπιβαίνεις. ΠΑΝ. σὺ μὲν σκώπτεις. ἐγὼ δὲ τῇ τε Ἠχοῖ καὶ τῇ Πίτυϊ σύνειμι, καὶ ἀπάσαις ταῖς τοῦ Διονύσου Μαινάσι. καὶ πάνυ σπουδάζομαι παρὰ αὐτῶν. ΕΡΜ. οἶδα οὖν ὅ, τι χαρίσῃ ὦ τέκνον τὰ πρῶτα αὐτοῦτί μου. ΠΑΝ. πρόσταττε ὦ πάτερ, ἡμεῖς δὲ ἴδωμεν ταῦτα. ΕΡΜ. καὶ πρόσιθί μοι, καὶ

καὶ φιλονοφρονοῦ, πατέρα δὲ ὅρα, μὴ καλέσῃς με, ἀκούοντός γε τινός.

& prehenses licet, patrem autem vide ne me appellaueris quoquã audiente.

Απόλλωνος καὶ Διονύσου.

Τί ἂν λέγομεν ὁμομητρίους ὦ Διόνυσε ἀδελφοὺς εἶναι, Ερωτα καὶ Ερμαφρόδιτον καὶ Πρίαπον, ἀνομοίους ὄντας τὰς μορφὰς, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα; ὁ μὲν γὰρ πάγκαλος καὶ τοξότης, καὶ δύναμιν οὐ μικρὰν περιβεβλημένος, ἁπάντων ἄρχων. ὁ δὲ θῆλυς, καὶ ἡμίανδρος, καὶ ἀμφίβολος τὴν ὄψιν. οὐκ ἂν διακρίναις, εἴτ' ἔφηβός ἐστιν, εἴ τε καὶ παρθένος. ὁ δὲ καὶ πέρα τοῦ εὐπρεποῦς ἀνδρικὸς ὁ Πρίαπος. Διὸ μηδὲν θαυμάσῃς ὦ Απολλον. οὐ γὰρ ἡ Αφροδίτη αἰτία τούτου, ἀλλὰ οἱ πατέρες, διάφοροι γεγενημένοι. ὅπου γε καὶ ὁμοπάτριοι πολλάκις ἐκ μιᾶς γαστρὸς, ὁ μὲν ἄρσην, ἡ δὲ θήλεια, ὥσπερ ὑμεῖς, γίνονται. Απο. ναί, ἀλλ' ἡμεῖς ὅμοι-

Apollinis & Bacchi.

Quid igitur, dicendũ ne est, Bacche. fratres esse Cupidinẽ, Hermaphroditum & Priapum? adeo dissimiles forma & studiis cum sint? Nam hic quidem formosus omnino & iaculator est, & potestate non parua comparata sibi, omnibus imperat. Ille autem mulierosus ac semiuir, ambiguam quoque faciem præ se ferens, vt non facile dignoscas, adolescens ne sit, an virgo. Hic vero & supra modum virilis est Priapus videlicet. BA. Ne mireris Apollo, non enim ipsa Venus in causa est, sed patres, qui diuersi fuere. Quãdoquidem & ii qui eodem patre, eademque matre nascuntur, sæpenumero alius vir, alius fœmina, quemadmodum & vos, nascuntur. AP. Ita sane est vt dicis, sed nos tamen

mē ſimiles ſumus, & circa eadem ſtudia verſamur, Sagittarii enim ambo ſumus. BAC. Quantum quidem ad arcum & ſagittas attinet, eadē ambo exerceris, Apollo. Illa vero ſimilia nequaquam ſunt, qd' Diana quidem hoſpites mactat apud Scythas, tu autem vaticinaris, & medicaris ægrotantibus. APO. At tu putas ſororem delectari Scythis? quæ quidem etiam adornauit, ſi quis Græcus aliquando in Tauricam aduenerit, vt cum eo inde enauiget, iam olim peroſa mactationes illas. BA. Recte ſane illa. Sed hic Priapus, ridiculum enim quiddam narrabo tibi, quod cū Lampſaci nuper eſſem mihi accidit. Ego quidem vrbe acceſſeram, ille autem me recepit, hoſpitio apud ſe præbito. Poſteaquā igitur quieti nos dedimus, in conuiuio affatim madefacti, circa mediam prope noctem exurgens generoſus ille: ſed pudet dicere. APO. Sollicitauit ne te? BAC. Huiuſ-

ὅμοιοί ἐσμεν, καὶ τὰ αὐτὰ ἐπιτηδεύομεν. τοξόται γὰρ ἄμφω. Διόν. μέχρι μὲν τόξου, τὰ αὐτὰ ὦ Απολλον, ἐκεῖνα δὲ οὐχ ὅμοια. ὅτι ἡ μὲν Αρτεμις ξενοκτενεῖ ἐν Σκύθαις, σὺ δὲ μαντεύη, καὶ ἰᾷ τοὺς κάμνοντας. Απολ. οἴει γὰρ τὴν ἀδελφὴν χαίρειν τοῖς Σκύθαις; ἥγε καὶ παρεσκεύασται, ἢν τις ἕλλην ἀφίκηταί ποτε εἰς τὴν ταυρικὴν, συνεκπλεῦσαι μετ' αὐτοῦ, μυσαττομένη τὰς σφαγάς. Διό. εὖγε ἐκείνη ποιοῦσα. ὁ μὲν γάρ τοι Πρίαπος, γελοῖον γάρ τι σοι διηγήσομαι, πρώην ἐν Λαμψάκῳ γενόμενος. ἐγὼ μὲν παρῄειν τὴν πόλιν. ὁ δὲ ὑποδεξάμενός με, καὶ ξενίσας παρ' αὐτῷ, ἐπειδὴ ἀνεπαυσάμεθα ἐν τῷ συμποσίῳ ἱκανῶς ὑποβεβρεγμένοι. κατ' αὐτάς που μέσας νύκτας ἐπαναστὰς ὁ γενναῖος, αἰδοῦμαι δὲ λέγειν. Απο. ἐπείρα σε; Διό. τοιοῦ-

τοιοῦτόν ὄζι. Απολ. σὺ δὲ τί πρὸς ταῦτα; Διό. τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἐγέλασα; Απο. εὖγε, τὸ μὴ χαλεπῶς, μὴ δὲ ἀγρίως. συγγνωστὸς γὰρ, εἰ καλόν σε οὕτως ὄντα ἐπείρα. Διό. τούτου μὲν οὖν ἕνεκα καὶ ὅτι σε αὖ, ὦ Απολλον ἀγάγοι τὶς πεῖραν. καλὸς γὰρ σὺ, καὶ κομήτης, ὡς καὶ νήφοντα ἄν σοι τὸν Πρίαπον ἐπιχειρῆσαι. Απολ. ἀλλ' οὐκ ἐπιχειρήσει γε ὦ Διόνυσε. ἔχω γὰρ μετὰ τῆς κόμης καὶ τόξα.

iuſmodi quippiã eſt. A. Quid tu autem porro ad hæc? Bac. Quid enim aliud, quam riſi. A. Recte ſane, quod neque acerbe, neq; ruſtice quicquam. Venia enim dignus eſt, ſi te formoſum adeo ſollicitauit. Bac. Huius igitur gratia, etiã te, Apollo, ſollicitatum merito venerit, Formoſus enim &tu, & præterea comatus, vt vel ſobrius Priapus ille aggredi te queat. Ap. Sed nõ aggredietur Bacche, me facile. Nam præter comam etiam arcum gero.

Ερμῆ καὶ Μαίας.

Εσι γάρ τις ὦ μῆτερ ἐν οὐρανῷ θεὸς ἀθλιώτερος ἐμοῦ; Μαῖ. μὴ λέγε ὦ Ερμῆ τοιοῦτον μηδέν. Ερμ. τί μὴ λέγω, ὃς τοσαῦτα πράγματα ἔχω μόνος κάμνων, καὶ πρὸς τοσαύτας ὑπηρεσίας διαπτώμενος; ἕωθεν μὲν γὰρ ἐξαναστάντα, σαίρειν τὸ συμπόσιον δεῖ, καὶ διαστρώσαντα τὴν ἐκκλη-

Mercurij & Maiæ.

Eſt vero, mater, deus quiſquam in cœlo me miſerior? Ma. Caue ne quid iſtiuſmodi dixeris Mercuri. Mer. Quid non dicam? qui quidem tantum negociorum ſolus ſuſtineam, quibus delaſſor, in multa miniſteria diſtractus. Nam mane protinus ſurgendum eſt mihi, ſtatimque verrendum cœnaculum vbi dii compotant. Tum vbi curiam

curiam in qua conſultant, vndique ſtrauero, ac ſingula ita, vt oportet, compoſuero, Ioui neceſſum eſt aſſiſtere, ac perferendis illius mandatis toto die ſurſum ac deorſum curſitare, & redeuntē inſuper, pulueru lentum ambroſiam apponere. Porro priuſquā nouitius iſte pocillator adueniſſet, ego nectar et iam miniſtrabā. Quodque eſt omnium indigniſſimum, ſoli omnium ne noctu quidem agere quietem licet, Verum id quoque temporis neceſſe habeo defunctorum animas ad Plutonem deducere, maniumque gregi me ducem præbere, tum autem & tribunalibus aſſiſtere. Neq; enim mihi ſufficiebant ſcilicet diurna negocia, dū verſor in palæſtris, dum in concionibus præconis vices ago, dum oratores inſtruo, ni hæc quoque prouincia accedat, vt ſimul etiam vmbrarū res diſponam. Atqui Ledæ filii alternis inter ipſos vicibus apud ſuperos atque inferos agitant. Mihi

κλησίαν, εἶτα εὐθετήσαντα ἕκαστα, παρεσάναι τῷ Διὶ, καὶ διαφέρειν τὰς ἀγγελίας τὰς παρ' αὐτοῦ ἄνω καὶ κάτω ἡμεροδρομοῦντα καὶ ἐπανελθόντα ἔτι κεκονιμένον, παρατιθέναν τὴν ἀμβροσίαν. πρὶν δὲ τὸν νεώνητον τοῦτον οἰνοχόον ἥκειν, καὶ τὸ νέκταρ ἐγὼ ἐνέχεον. τὸ δὲ πάντων δεινότατον, ὅτι μηδὲ νυκτὸς καθεύδω μόνος τῶν ἄλλων, ἀλλὰ δεῖ με καὶ τότε τῷ Πλούτωνι ψυχαγωγεῖν, καὶ νεκροπομπὸν εἶναι, καὶ παρεσάναι τῷ δικαστηρίῳ. οὐ γὰρ ἱκανά μοι τὰ τῆς ἡμέρας ἔργα, ὧν παλαίστρας εἶναι, ἢν ταῖς ἐκκλησίαις κηρύττειν, καὶ ῥήτορας διδάσκειν, ἀλλ' ἔτι καὶ νεκρικὰ συμπαρατίθειν μεμερισμένον. καί τοι τὰ μὲν τῆς Λήδας τέκνα, παρ' ἡμέραν ἑκάτερος ἐν οὐρανῷ καὶ ἐν ᾅδου εἰσίν. ἐμοὶ δὲ,

δὲ, καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ ταῦτα κἀκεῖνα ποιεῖν ἀναγκαῖον. ὁ μὲν Αλκμήνης καὶ Σεμέλης υἱὸς ἐκ γυναικῶν δυστήνων γενόμενοι, εὐωχοῦνται ἀφρόντιδες, ὁ δὲ Μαίας τῆς Ατλαντος, διακονοῦμαι αὐτοῖς. καὶ νῦν ἄρτι ἥκοντά με ἀπὸ Σιδῶνος παρὰ τῆς Κάδμου θύγατρος, ἐφ' ἣν πέπομφέ με ὀψόμενον ὅ, τι πράττει ἡ παῖς, μὴ δὲ ἀναπνεύσαντα, πέπομφεν αὖθις ἐς τὸ Αργος ἐπισκεψόμενον τὴν Δανάην, εἶτ' ἐκεῖθεν, ἐς Βοιωτίαν φησὶν ἐλθὼν, ἐν παρόδῳ τὴν Αντιόπην ἰδε. καὶ ὅλως, ἀπηγόρευκα ἤδη. εἰ γοῦν μοι δυνατὸν ἦν, ἡδέως ἂν ἠξίωσα πεπρᾶσθαι, ὥσπερ ἐν γῇ κακῶς δουλεύοντες. Μαῖ. ἔα ταῦτα ὦ τέκνον. χρὴ γὰρ πάντα ὑπηρετεῖν τῷ πατρὶ, νεανίαν ὄντα. καὶ νῦν ὥσπερ ἐπέμφθης, σόβει ἐς Αργος, εἶτα ἐς τὴν Βοιωτίαν, μὴ καὶ πληγὰς βραδύνων λάβοις. ὀξύχολοι γὰρ οἱ ἐρῶντες.

hi necesse est quotidie tũ hoc tũ illud pariter agere, deinde duo illi, Alcmena ac Semele miseris prognati mulieribus, ociosi in conuiuiis accumbunt, at ego Maia Atlantide progenitus illis ministro scilicet. Qui nunc quum recens Sidone a Cadmi filia reuersus essem, nam ad hanc me legarat, visum qd ageret puella, neque respirantẽ legauit rursum in Argos inuisurum Danaẽ. Rursum inde in Bœotiam profectus, inquit, obiter Antiopam visito, adeo vt plane iam pariturum me negarim. Quod si mihi licuisset, lubens profecto fecissẽ, id qd solent ii, qui in terris durã seruiunt seruitutem. MA. Missa fac ista gnate, decet enim per omnia morem gerere patri, quum sis iuuenis, ac nunc quo iussus es, Argos contende, deinde in Bœotiam, ne si cessaris, fuerisque lentior, plagas etiam auferas. Nam iracundi sunt qui amant.

MARINI DIALOGI

Doridis & Galateæ.

Formoſum amantem Galatea, nempe Siculum iſtum paſtorem aiũt amore tui deperire. GAL. Ne ride Doris, nã qualis qualis eſt, Nept. patre prognatus eſt. D. Quid tum poſtea, ſi vel Ioue ipſo ſit progenitus, cum vſque adeo agreſtis atque hiſpidus appareat, quodque eſt omnium deformiſſimum, vnoculus: An vero credis genus illi quicquam profuturum ad formam? G. Ne iſthuc quidẽ ipſum, quod hiſpidus eſt atque agreſtis, vt tu vocas, illum deformat, quin virile magis eſt. Porro oculus decet etiam frontem, quo quidem nihilo ſegnius cernit, quam ſi duo forent. DOR. Videris Galatea non amantẽ habere Polyphemum, ſed illum potius adamare, ſic eum prædicas. G. Equidem haud adamo, ſed tamen inſignem iſtã veſtram inſultandi opportunitatem

ΘΑΛΑΤΤΙΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

Δωρίδος καὶ Γαλατείας.

Καλὸν ἐρασθῆναί φασι τὸν σικελὸν τοῦτον ποιμένα ὑπομεμενῆσθαί σοι. Γα. μὴ σκῶπτε Δωρί, Ποσειδῶνος γὰρ υἱός ἐστιν, ὁποῖός ἂν ᾖ. Δω. τί οὖν εἰ καὶ τοῦ Διὸς αὐτοῦ πατὴρ ὤν, ἄχθιος οὕτω καὶ λάστιος ἐφαίνετο, καὶ τὸ πάντων ἀμορφότατον, μονόφθαλμος. ὅτι τὸ γλαῦκος ὀνῆσαί ἄν τι αὐτὸν πρὸς τὴν μορφήν; Γα. οὐδὲ τὸ λάστιον αὐτῷ, καὶ ὡς φῂς ἄχθιον, ἀμορφόν ἐστιν. ἀνδρωδέστερος γάρ. ὁ, τε ὀφθαλμὸς ὑπερέπει τῷ μετώπῳ, οὐδὲν ἐνδεέστερον ὁρῶν, ἢ εἰ δύ' ἦσαν. Δωρί. ἔοικας ὦ Γαλάτεια οὐκ ἐρᾶν, ἀλλ' ἐρώμενον ἔχειν τὸν πολύφημον, οἷα ἐπαινεῖς αὐτόν. Γα. οὐκ ἐρώμενον, ἀλλὰ τὸ πάνυ ὀνειδιστικὸν τοῦτο οὐ φέ-

ρω

ρω ὑμῶν. καί μοι δοκεῖτε ὑπὸ φθόνου αὐτὸ ποιεῖν. ὅτι ποιμαίνων ποτὲ, ἀπὸ τῆς σκοπιᾶς ποιζούσας ἡμᾶς ἰδὼν ὅτι τῆς Αἴτνης, ἐν τοῖς πρόποσι τῆς Αἴτνης, καθὸ μεταξὺ τοῦ ὄρους καὶ τῆς θαλάττης αἰγιαλὸς ἀπομηκύνεται, ὑμᾶς μὲν οὐδὲ προσέβλεψεν, ἐγὼ δ' ἐξ ἁπάντων ἡ καλλίστη ἔδοξα, ἥ καὶ μόνη ἐμοὶ ἐπέσχε τὸν ὀφθαλμόν, ταῦτα ὑμᾶς ἀνιᾷ. δεῖγμα γὰρ ὡς ἀμείνων ἐμοὶ, καὶ ἀξιέρασος. ὑμεῖς δὲ παρώφθητε. Δω. εἰ ποιμένι καὶ ἐνδεεῖ καλὴ τὴν ὄψιν ἔδοξας, ὑπόφθονος οἴει γεγονέναι; καί τοι τί ἄλλο ἐν σοὶ ἐπαινέσαι εἶχεν, ἢ τὸ λευκὸν μόνον. καὶ τοῦτο οἶμαι, ὅτι ξυνήθης ὂν τυρῷ καὶ χάλακλι. πάντα οὖν τὰ ὅμοια τούτοις ἡγεῖται καλά. ἐπεὶ τά γε ἄλλα, ὁπότ' ἂν ἐθελήσῃς μαθεῖν οἷα τυγχάνεις οὖσα τὴν ὄψιν, ἀπὸ σκέπης τινὸς, ἢ ποτε γαλήνη εἴη, ὑπακύψασα

probrandique petulantiam ferre non queo. ac mihi nimirum inuidentia quadam illhuc facere videmini, propterea quod ille quum forte aliquando gregem pasceret suum, nosque e littorali specula in littore ludentes cerneret in prominentibus Aetnæ pedib. qua videlicet inter montē & mare littus sese in longum porrigit, vos ne aspexerit quidem, ac ego omnium vna visa sim formosissima, eoque in vnam me coniecerit oculum. Ea res vos male habet, nā argumentum est, me forma præstantiorem esse ac digniorē quæ amer, vos contra fastiditas esse. Dor. An istud tibi putas inuidendū videri si primū pastori, deinde lusco formosa visa sis? quanq; qd aliud ille potuit in te probare præter cādo. ē? Is illi placet, opinor, qd caseo & lacti assueuerit, proinde quicqd his sit simile, id ꝑtinus pulcrū iudicat Alioqui vbi libebit scire, qualis facie, de scopulo quopiā, si quando serenitas

deſpectãs in aquã, temet ipſam cõtemplare, videbis aliud nihil niſi perpetuum candorem. verũ is quidem non probatur niſi rubor admixtus illi decus illi iunxerit. GA. Atq; ego illa immodice candida, tamen eiuſmodi habeo amantem quũ interim e vobis nulla ſit, quam vel paſtor vel nauta, vel portitor aliquis miretur, cæterum Polyphemus (vt alia ne dicam) etiam canendi peritus eſt. DOR. Taceo Galatea, audiuimus illum canentem, quũ nuper pruriret in te, ſed o ſancta Venus aſinum rudere dixiſſes. Nam lyræ corpus ſimilimum erat ceruino capiti oſſibus renudato, tum cornua perinde quaſi cubiti prominebant, iis iunctis, inductisque fidibus, quas ne Collope quidem circum torquebat, agreſte quiddam & abſonum cãtillabat, quum aliud interim ipſe voce caneret, aliud lyra ſuccineret, ita vt temperare nobis nequiuerimus, quin rideremus amatoriam illã cantionem

κύψασα ἐς τὸ ὕδωρ, ἰδὲ σεαυτῇ, οὐδὲν ἄλλο ἢ λεύκην λευκὴν ἀκριβῶς. οὐκ ἐπαινεῖται δὲ τοῦτο, ἢν μὴ ὑπερέπῃ αὐτῷ καὶ τὸ ἐρύθημα. Γαλ. καί μοι ἐγὼ μὴ ἢ ἀκράτως λευκὴ, ὅμως ἐρασθῇ καὶ τοῦτον ἔχω. ὑμῶν δὲ οὐκ ἔστιν ὅστινα, ἢ ποιμὴν ἢ ναύτης, ἢ πορθμεὺς ἐπαινεῖ. ὁ δὲ Πολύφημος, τἆλλα καὶ μουσικός ἐστι. Δω. σιώπα ὦ Γαλάτεια, ἠκούσαμεν αὐτοῦ ἄδοντος, ὁπότε ἐκώμασε πρώην ὅτι σε, Ἀφροδίτη φίλη, ὄνον ἄν τις ὀγκᾶσθαι ἔδοξε. καὶ αὐτὴ δὲ ἡ πικτὶς, οἷα κρανίον ἐλάφου γυμνὸν τῶν σαρκῶν, καὶ τὰ μὲν κέρατα, πήχεις ὥσπερ ἦσαν. ζυγώσας δὲ αὐτὰ, καὶ ἐνάψας τὰ νεῦρα, οὐδὲ κόλλοπι περιστρέψας, ἐμελῴδει ἄμουσόν τι καὶ ἀπῳδὸν, ἄλλο μὲν αὐτὸς βοῶν, ἄλλο δὲ ἡ λύρα ὑπῇχει. ὥστε οὐδὲ κατέχειν τὸν γέλωτα ἐδυνάμεθα, ὅτι τῷ ἐρωτικῷ ᾠδείῳ

ἐκείνῳ ἄσματι. ἡ μὲν ἀρ' ἠχὼ οὐδ' ἀποκρίνεσθαι αὐτῷ ἤθελεν, οὕτω λάλος οὖσα βρυχομένῳ, ἀλλ' ᾐσχύνετο, εἰ φανείη μιμουμένη τραχεῖαν ᾠδὴν καὶ καταγέλαστον. ἔφερε δὲ ὁ ἐπέραστος ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἀθυρμάτιον, ἄρκτου σκύλακα, καὶ τὸ λάσιον αὐτῷ προσεοικότα. τίς οὐκ ἂν φθονήσειέ σοι, ὦ Γαλάτεια, τοιούτου ἐραστοῦ. Γαλά. οὐκοῦν σὺ Δωρὶ, δεῖξον ὑμῖν τὸν σεαυτῆς, καλλίω δηλονότι ὄντα, καὶ ᾠδικώτερον, καὶ κιθαρίζειν ἄμεινον ἐπιστάμενον. Δω. ἀλλ' ἐραστὴς μὲν οὐδεὶς ἔστι μοι, οὐδὲ σεμνύνομαι ἐπέραστος εἶναι. τοιοῦτος δὲ, οἷος ὁ κύκλωψ ἐστὶ, κινάβρας ἀπόζων ὥσπερ ὁ τράγος, ὠμοφάγος, ὥς φασι, καὶ σιτούμενος τοὺς ἐπιδημοῦντας τῶν ξένων, σοὶ γένοιτο, καὶ σὺ ἀντερώης αὐτοῦ.

Κύκλωπος καὶ Ποσειδῶνος.

Ὦ πάτερ, οἷα πέπονθα ὑπὸ τοῦ

tionem. Nam Echo ne respondere quidem illi voluit balanti, quum sit adeo garrula, imo puduisset, si visa fuisset imitari stridulum cantū & ridiculum. Adhæc gestabat in vlnis amasius iste delicias suas, vrsi catulū pilis hirtum, ipsi non dissimilem. Quis autem nō inuideat amicū istū Galatea? GAL. Quin tu igitur Dori, tuum ipsius amicum nobis commonstra, qui eo sit formosior quique doctius ac melius vel voce canat, vel cithara? DOR. Mihi quidem nullus est amator, neque me hoc nomine iacto, quasi sim vehementer amabilis, veruntamē istiusmodi amicum, qualis est Polyphemus, nempe totus hircum olens, tū crudis victitans carnibus, & hospites, si qui appulerint, deuorans, tibi habeas, eumque tu mutuum ames.

Cyclopis & Neptuni.

O pater, qualia passus sum ab execrabili

ĩſto hoſpite, qui me inebriatũ excæcauit, ſomno grauatum aggreſſus. NEP. Quis vero eſt, q iſthæc facere auſus fuit, Polypheme? CYP. Principio quidẽ ſeipſum Neminem vocabat, poſtquã autem effugit, atque extra tela, vt dicitur, fuit, Vlyſſem nominari ſe aiebat. NEP. Noui, quem dicis, Ithacenſis eſt, ex Ilio autẽ nauigabat. Sed quo pacto hæc peregit, cum alioqui non ita audax atque animoſus ſit? CYC. Deprehendi in antro, e paſcuis domum reuerſus, multos quoſdam, inſidiantes videlicet pecuariis. Poſteaquã autem appoſui foribus operculum, (ſaxum autem quoddam mihi eſt, perquam magnum) atq; ignem reſuſcitaui, accenſa arbore, quam de monte mecum ferebam, viſi ſunt abſcondere ſeſe párárè. Ego vero comprehenſis ipſorũ quibuſdã, vt parerat, deuoraui, vt qui prædones eſſent. Hic igitur verſutiſſimus ille, ſiue Nemo, ſiue Vlyſſes fuit, dat mihi bibere, infuſo

τοῦ καταράτου ξένου, ὃς μεθύσας ἐξετύφλωσέ με, κοιμωμένῳ ἐπιχειρήσας. Πο. τίς δὲ ὁ ταῦτα τολμήσας ὦ Πολύφημε; Κύ. τὸ μὲν πρῶτον Οὖτιν ἑαυτὸν ἀπεκάλει. ἐπεὶ δὲ διέφυγε, καὶ ἔξω ἦν βέλους, Ὀδυσσεὺς ὀνομάζεσθαι ἔφη. Ποσ. οἶδα ὃν λέγεις, τὸν Ἰθακήσιον, ἐξ Ἰλίου δ' ἀνέπλει. ἀλλὰ πῶς ταῦτ' ἔπραξεν, οὐδὲ πάνυ εὐθαρσὴς ὤν; Κύ. κατέλαβον ἐν τῷ ἄντρῳ ἀπὸ τῆς νομῆς ἀναστρέψας, πολλούς τινας ἐπιβουλεύοντας δηλονότι τοῖς ποιμνίοις. ἐπεὶ δὲ ἔθηκα τῇ θύρᾳ τὸ πῶμα, πέτρα δὲ ἔστι μοι παμμεγέθης, καὶ τὸ πῦρ ἀνέκαυσα ἐναυσάμενος ὃ ἔφερον δένδρον ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἐφάνησαν ἀποκρύπτειν αὐτοὺς πειρώμενοι. ἐγὼ δὲ συλλαβὼν αὐτῶν τινας, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, κατέφαγον λῃστὰς ὄντας. ἐνταῦθα ὁ πανουργότατος ἐκεῖνος, εἴτε Οὖτις, εἴτε Ὀδυσσεύς ἐστιν, δίδω

δωσί μοι πιεῖν φάρμακόν τι ἐγχέας, ἡδὺ μὲν καὶ εὔοσμον, ὑπερβουλευτότατον δὲ καὶ ταραχωδέστατον. ἅπαντα γὰρ εὐθὺς ἐδόκει μοι πρειφέρεσθαι πίονθι. καὶ τὸ σπήλαιον αὐτὸ ἀνεστρέφετο. καὶ οὐκ ἔτι ὅλως ἐν ἐμαυτῷ ἦμην. τέλος δὲ, ἐς ὕπνον κατεσπάσθην. ὁ δὲ ἐκποδίσας τὸν μοχλὸν, καὶ πυρώσας γε, προσέτι ἐτύφλωσέ με καθεύδοντα. καὶ ἀπ' ἐκείνου τυφλὸς εἰμί σοι ὦ Πόσειδον. Ποσ. ὡς ῥαθυμῶ ἐποίμήθης ὦ τέκνον. ὃς οὐκ ἐξέδρας μεταξὺ τυφλούμενος. ἐπ' οὖν Ὀδυσσεὺς πῶς διέφυγεν; οὐ γὰρ ἂν οἶδ' ὅτι ἐδυνήθη ἀποκινῆσαι τινὰ πέτραν ἀπὸ τ θύρας. Κύ. ἀλλ' ἐγὼ ἀφεῖλον, ὡς μᾶλλον αὐτὸν λάβοιμι ἐξιόντα. καθίσας παρὰ τὴν θύραν, ἐθήρεων τὰς χεῖρας ἐκπετάσας, μόνα παρεὶς τὰ πρόβατα εἰς τὴν νόμιν, ἐντειλάμενος τῷ κριῷ, ὁπόσα ἐχρῆν πράττειν αὐτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ. Πο. μαν θάνω

fuſo quodã veneno, dulci illo quidem & fragrãti, cæterum ad inſidias ſtruendas præſentiſſimo & maxime turbulento. Nam ſtatim omnia videbantur mihi, poſteaquã bibiſſem, circumagitari, & antrum ipſum inuertebatur, & prorſum apud me amplius ipſe nõ eram. Poſtremo autem ſomno correptus iacui. Ille vero exacuato vecte, eodemque igne ſuccenſo, inſuper etiam excæcauit me dormientẽ. Et ex eo iam tempore cæcus tibi ſum Neptune. NEP. Vt alte nimis dormiiſti o fili, qui non interea exilueris, cum excæcareris. Vlyſſes igitur ille quo pacto effugit? Non enim, ſat ſcio, potuit dimouere ſaxum a foribus. CYC. At ego amoui ipſum, quo facilius illum comprehenderem inter egrediendum. At collocato meipſo ad fores, extentis manibus venabar, ſolis dimiſſis in paſcua ouibus, & arieti negocio dato, quænam ipſum agere ꝓ me oporteret. NEPTV. Intel-

ligo rem. Sub illis latuit te, clam se subducens. At cæteros certe Cyclopas conueniebat te inuocare cõtra ipsum. Cyclo. Conuocaui illos, pater, atque etiam venerunt. Sed postquam me interrogassent insidiatoris nomen, atque ego dicerem Neminem esse, insanire me arbitrati, relicto me iterum discesserunt. Ita inposuit mihi execrabilis, nomine. Et quod maxime mihi ægre fuit contumelioſe obiecta mihi clade hac, Ne pater quidẽ Neptunus, inquit, leuabit te hoc malo. Neptv. Confide fili, vlciscar enim ipsum, vt sentiat, etiamsi cæcitatem oculorũ mederi impossibile, nauigantes certe tamen seruare vel perdere, penes me esse, nauigat autem adhuc.

θανῶ ὑπ' ἐκείνοις, ὅτι γε ἔλαθεν ὑπεξελθών σε. ἀλλὰ τοὺς ἄλλους γε Κύκλωπας ἔδει ὀπιβοήσασθαί σε ἐπ' αὐτόν. Κύ. σὺν ἐκάλεσα ὦ πάτερ, καὶ ἦκον. ἐπεὶ δὲ ἤροντο τὸν ὀπιβουλεύοντος τὸ ὄνομα, κἀγὼ ἔφην, ὅτι Οὖτις ὅτι, μελαγχολᾶν οἰηθέντες με, ᾤχοντο ἀπιόντες. οὕτω κατεσοφίσατό με ὁ κατάρατος τῷ ὀνόματι. καὶ ὁ μάλιστα λυπήσας με, ὅτι καὶ ὀνειδίζων ἐμοὶ τὴν συμφορὰν, οὐδ' ὁ πατὴρ φησιν, ὁ Ποσειδῶν ἰάσεταί σε. Ποσ. θάρρει ὦ τέκνον. ἀμυνοῦμαι γὰρ αὐτὸν, ὡς μάθῃ, ὅτι εἰ καὶ πόξωτέν μοι ὀφθαλμῶν ἰᾶσθαι ἀδύνατον, τά γοῦν τῶν πλεόντων τὸ σώζειν αὐτοὺς καὶ ἀπολλύναι, ἐπ' ἐμοὶ πρόσεστι. πλεῖ δὲ ἔτι.

Alphei & Neptuni.

Quid hoc, Alphee, quod tu solus aliorũ in mare delapsus, neq; cum salsugine miseris, perinde

Αλφειῦ καὶ Ποσειδῶνος.

Τί τοῦτο ὦ Αλφειὲ, μόνος τ' ἄλλων ἐμπεσὼν εἰς τὸ πέλαγος, οὔτε ἀναμίγνυσαι τῇ ἁλμῃ

ἅλμη, ὡς ἔθος ποταμοῖς ἅπασιν, οὔτε ἀναπολύεις σεαυτὸν διαχυθεὶς, ἀλλὰ διὰ τῆς θαλάττης ξωνεσὼς, καὶ γλυκὺ φυλάττων τὸ ῥεῖθρον, ἀμιγὴς ἔτι καὶ καθαρὸς ἐπείγῃ. οὐκ οἶδ' ὅποι βύθιος ὑποδὺς, καθάπερ οἱ λάροι καὶ ἐρωδιοὶ, ἔοικας ἀνακύψειν που, καὶ αὖθις ἀναφαίνειν σεαυτόν. Αλ. ἐρωτικόν τι τὸ πρᾶγμά ἐστιν ὦ Πόσειδον. ὥστε μὴ ἔλεγχε. ἱκέσθης δὲ καὶ αὐτὸς πολλάκις. Ποσ. γυναικὸς ὦ Αλφειὲ ἢ νύμφης ἐρᾷς, ἢ καὶ τῶν Νηρηίδων αὐτῶν μιᾶς; Αλφ. οὐκ ἀλλὰ πηγῆς ὦ Πόσειδον. Ποσειδ. ἡ δὲ ποῦ σοι γῆς αὕτη ἔῃ; Αλφ. νησιῶτίς ἐστι σικελική. Αρέθουσαν αὐτὴν καλοῦσιν. Ποσειδ. οἶδα οὐκ ἄμορφον ὦ Αλφειὲ τὴν Αρέθουσαν, ἀλλὰ διαυγὴς τέ ἐστι, καὶ διὰ καθαροῦ ἀναβλύζει, καὶ τὸ ὕδωρ ὑπορρέπει ταῖς ψηφίσιν, ὅλον ὑποὲς αὐτῶν φαινόμενον

inde vt ſolent cætera flumina omnia, neque diffuſus, ſed per mare, velut concretus, ac dulci cuſtodito fluore, incorruptus etiã & purus curſu laberis? Neſcio quo locorum in profundum te ipſo quemadmodum gauię atque ardeæ faciunt, ſubmerſo, ac videris rurſũ emergere quoquè alibi, & te ipſum iterum ſpectandum exhibere. ALP. Amatoria quę dam res hæc eſt, Neptune, quamobrem ne mihi vitio vertas. Amaſti autem & ipſe ſæpenumero. NEP. Mulierem ne, Alphee, an nympham amas, an etiam Nereidum ipſarum vnam aliquam? ALP. Non, verum fontem Neptune quendam. NEPTV. Vbi igitur terrarum ille manat? ALP. Inſularis eſt, in Sicilia, Arethuſam ipſum vocant. NEP. Scio. Non deformem ſane. ALPH. Arethuſam amas, ſed & liquidus fons illa eſt, & per purum ebullit, & ipſi aquæ etiã calculi gratiã addunt, ſupra quos tota ea velut ar

gentea apparet. ALPH. Vt vere noſti fontē hūc, Neptune, ad illum igitur abeo nunc. NE. Sed abi quidem, & feliciter vtere amore. illud autē mihi dic, vbi tu Arethuſam conſpicatus es, Arcas ipſe cum ſis, fons autem ille in Syracuſis manet? AL. Properantem me moraris, Neptune, curioſe nimis interrogando. NEP. Probe dicis. Abi igitur ad amatam. Ac emergens iterum e mari, eodē alueo cum fonte illo miſcearis & in vnam aquam redigamini.

μῶν ἀργυρειδές. Αλ. ὡς ἀληθῶς οἶδα τῷ ποταμῷ ὦ Πόσειδον. παρ' ἐκεῖνα οὗ ἀπέρχομαι. Ποσ. ἀλλ' ἄπιθι μόν, καὶ εὐτύχει ἐν τῷ ἔρωτι. ἐκεῖνο δέ μοι εἰπέ, ποῦ τῶν Ἀρέθουσαν εἶδες, αὐτὸς μὲν Ἀρκὰς ὤν, ἡ δὲ ἐν Συρακούσαις ἐστίν. Αλ. ἐπιγόμενόν με κατέχεις ὦ Πόσειδον. περίεργα ἐρωτᾷς. Ποσ. οὐ λέγεις. χώρει παρὰ τὴν ἀγαπωμένην. καὶ ἀναδὺς ἀπὸ τῆς θαλάττης, ξυναυλίᾳ μίγνυσο τῇ πηγῇ, καὶ ἓν ὕδωρ γίνεσθε.

Menelai & Protei.

Μενελάου καὶ Πρωτέως.

At in aquam conuerti te Proteu, incredibile adeo non eſt, marinus vtique cum ſis, etiam arborem fieri, tolerabile, præterea & in leonē aliquando muteris licet tamen neque hoc ſupra fidem eſt. Quod ſi autē & ignem fieri te poſſibile eſt, cum in mari habites, hoc omnino mirror, neque adducor, vt cre-

Αλλὰ ὕδωρ μόν σε γίνεσθαι, ὦ Πρωτεῦ, οὐκ ἀπίθανον, ἐνάλιόν γε ὄντα, καὶ δένδρον ἔτι φορητὸν, καὶ ἐς λέοντα ὁπότε ἀλλαγείης, ὅμως οὐδὲ τοῦτο ἔξω πίστεως. εἰ δὲ καὶ πῦρ γίνεσθαι δυνατὸν ἐν τῇ θαλάττῃ οἰκοῦντα, τοῦτο πάνυ θαυμάζω, καὶ ἀπιστῶ.

ἀπιστῶ. Πρω. μὴ θαυμάσῃς ὦ Μενέλαε. γίγνομαι γάρ. Με. εἶδον κἀγὼ αὐτός. ἀλλά μοι δοκεῖς, εἰρήσεται γὰρ πρός σε, γοητείαν τινὰ προσάγειν τῷ πράγματι, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξαπατᾶν τῶν ὁρώντων, αὐτὸς οὐδὲν τοιοῦτο γιγνόμενος. Πρω. καὶ τίς ἂν ἡ ἀπάτη ἐπὶ τῶν οὕτως ἐναργῶν γένοιτο; οὐκ ἂν ἀνεῳγμένοις τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδες, ἐς ὅσα μετεποίησα ἐμαυτόν; εἰ δὲ ἀπιστεῖς, κὴ τὸ πρᾶγμα ψευδὲς εἶναι δοκεῖ φαντασία τις πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἰσαμένη, ἐπειδὰν πῦρ γένωμαι, προσένεγκέ μοι ὦ γενναιότατε τὼ χεῖρα. εἴσῃ γάρ, ὁρῶμαι μόνον, ἢ κἀ τὸ καίειν τότε μοι προσεῖναι. Με. οὐκ ἀσφαλὴς ἡ πεῖρα ὦ Πρωτεῦ. Πρω. σὺ δέ μοι Μενέλαε δοκεῖς οὐδὲ πολύποδα ἑωρακέναι πώποτε, οὐδ' ὃ πάσχει ὁ ἰχθὺς οὗτος εἰδέναι. Με. ἀλλὰ τὸν μὲν πολύποδα εἶδον, ἃ πάσχει δὲ, ἡδέως ἂν μάθοιμι

credam. Prot. Ne mi reris Menelae, fieri enim ſoleo. Mene. Vidi & ipſe, veruntamen videris mihi (dicitur enim hic apud te) præſtigias quaſdam adhibere rei, atque intuentium oculos decipere, cum interim ipſe nihil tale fias. Pro Et quænam adeo deceptio in rebus ſic manifeſtis fieri queat. An non apertis oculis vidiſti in quam multa ipſe me trãs formauerim? Quod ſi vero non credis, & res hæc tibi falſa videtur, nempe apparentia quædam inanis ante oculos obuerſans, poſteaquam ignis factus fuero, applica mihi, heus generoſe tu, manum. Nimirum ſenties, videar ne tantum ignis, an & vrendi vim habeam. Menel. Periculoſum eſt experimentũ hoc Proteu. Prot. At tu Menelae videris mihi neque Polypum vidiſſe vnquam, neque etiam quid piſci huic accidere ſoleat, ſcire. Me. Verum Polypum ipſum quidem vidi, quæ vero accidant illi, libenter ex

te cognouerim. Pro. Cuicunque ſaxo accedens, acetabula ſua applicuerit, atque affixus inhæſerit cirramentis, illi ſeipſum ſimilem efficit, mutatque coloré, imitando ſaxum, quo videlicet lateat piſcatores, nihil ab illo variãs, neque manifeſtus exiſtens ob hoc, ſed aſſimilatus lapidi. Men. Ferunt hæc. Sed tuum hoc multo magis omnem opinionem excedit Proteu. Pro. Neſcio, Menelae, cuinam alteri facile credas, qui tuis ipſius oculis non credas. Men. Videns equidem vidi, ſed tamen res ipſa monſtro ſimilis eſt, eundem videlicet ignem atque aquam fieri.

ϑοιμι παρά σου. Πρω. ὁποίᾳ ἂν πέτρᾳ προσελθὼν ἁρμόσῃ τὰς κοτύλας, καὶ προσφὺς ἔχηται κατὰ τὰς πλεκταίνας, ἐκείνῃ ὅμοιον ἀπεργάζεται ἑαυτὸν, καὶ μεταβάλλει τὴν χρόαν, μιμούμενος τὴν πέτραν, ὡς ἂν λάθῃ τοὺς ἁλιέας, μὴ διαλλάττων, μηδὲ φανερὸς ὢν διὰ τοῦτο, ἀλλ' ἐοικὼς τῷ λίθῳ. Με. φασὶ ταῦτα. τὸ δὲ σὸν πολλῷ παραδοξότερον ὦ πρωτεῦ. Πρω. οὐκ οἶδα, ὦ Μενέλαε. τίνι ἂν ἄλλῳ πιστεύσειας, τοῖς σεαυτοῦ ὀφθαλμοῖς ἀπιστῶν; Με. ἰδὼν εἶδον. ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα τερᾶσιον, τὸν αὐτὸν πῦρ καὶ ὕδωρ γίγνεσθαι.

Panopes & Galenes.

Vidiſti ne Galene heri, qualia fecit Eris, ad cœnã in Theſſalia, propterea quod non & ipſa vocata fuerat ad conuiuium? Gal. Haud conuiuata equidem vobiſcum tum fui. Nam me Ne-

Πανόπης καὶ Γαληνή.

Εἶδες ὦ Γαληνὴ χθὲς, οἷα ἐποίησεν ἡ Ἔρις περὶ τὸ δεῖπνον ἐν Θετταλίᾳ, διότι μὴ καὶ αὐτὴ ἐκλήθη ἐς τὸ συμπόσιον; Γαλ. οὐ ξυνεισιώμην ὑμῖν ἔγωγε. ἐ γὰρ Πα-

Ποσειδῶν ἐκέλευσε μὲ ὦ Πανόπη, ἀκύμαντον ἐν τοσούτῳ φυλάττειν τὸ πέλαγος τίδ' οὖν ἐποίησεν ἡ Ερις μὴ παροῦσα; Παν. ἡ Θέτις καὶ ὁ Πηλεὺς ἀπελαλύθησαν ἐς τὸν θάλαμον, ὑπὸ τῆς Αμφιτρίτης καὶ τοῦ Ποσειδῶνος παραπεμφθέντες. ἡ Ερις δ' ἐν τοσούτῳ λαθοῦσα πάντας, ἐδωρήθη δὲ ξαδίως, τῶν μὲν πινόντων ἐνίων δὲ κροτούντων, ἢ τῷ Απόλλωνι κιθαρίζοντι, ἢ ταῖς μούσαις ᾀδούσαις προσεχόντων τὸν νοῦν, ἐνέβαλεν ἐς τὸ συμπόσιον μῆλόν τι πάγκαλον χρυσοῦν ὅλον ὦ Γαλήνη. ἐπεγέγραπτο δὲ, ἡ καλὴ λαβέτω. κυλινδούμενον δὲ τοῦτο ὥσπερ ἐξεπίτηδες, ἦκεν ἔνθα Ηρα τε καὶ Αφροδίτη καὶ Αθηνᾶ κατεκλίνοντο. κἄπειδὴ ὁ Ερμῆς ἀνελόμενος ἐπελέξατο τὰ γεγραμμένα, αἱ μὲν Νηρηίδες ἡμεῖς ἀπεσιωπήσαμεν. τί γὰρ ἔδει ποιεῖν, ἐκείνων παρουσῶν; αἱ δὲ ἀντεποιοῦντο ἑκάστη,

Neptunus iusserat, tranquillum interea, Panope, seruare pelagus. Sed quid fecit Eris, cū præsens non adesset? PAN. Thebis ac Peleus conceſſerant intro in thalamū deducentibus ipsos Amphitrite ac Neptuno. Interea autem Eris, clam cæteris omnib. (id quod facile illi tum fuit, aliis bibentibus, quibusdam autem applaudentibus, vel Apollini citharam personanti, vel Musis ore modulantibus adhibendo animum) proiecit in conuiuium pomum quoddam admodum pulchrum, aureum totum, o Galene. Inscriptum autem erat his verbis, Formosa accipiat. Dum igitur volutatur hoc tanquam ex composito iactum, peruenit eo loci, vbi Iuno & Venus & Minerua accumbebant. Deinde vbi Mercurius sublato illo, legit ea, quibus illud inscriptum erat. Nos quidem Nereides cum silētio sedebamus, quid enim agendum erat, illis præsentibus? Illæ vero inter se contendebant

debant, ac quælibet ſuũ illud eſſe volebat. Et niſi Iupiter ſe ipſum interpoſuiſſet, etiam ad manus vſque res hæc proceſſiſſet. Verum ille, ipſe quidem, inquit, non feram iudicium de hoc, tametſi illæ ipſum iudicare vellent, ſed in Idã ad Priami filium abite, qui & diſcernere nouit, quænam formoſior ſit, vt pote elegantiæ ſtudioſus & ipſe, & non facile, talis cum ſit, iudicauerit male. GAL. Quid igitur ad hæc Deæ illæ, Panope? PANO. Hodie arbitror, in Idam abeunt. GAL. Et quis veniet paulo poſt, qui nobis renũnciet eam, quæ vicerit? PAN. At iam nunc tibi affirmo, quod nulla alia vincet, venien te in certamen Venere, niſi arbiter ipſe omnino cæcutiat.

ἑκάστη, καὶ αὐτῆς εἶναι τὸ μῆλον ἄξιον. καὶ εἰ μήγε ὁ Ζεὺς διέκρινεν αὐτὰς, ἢ ἄχρι χειρῶν προὐχώρησε τὸ πρᾶγμα. ἀλλ' ἐκεῖνος αὐτὰς μὲν, οὐ κρινῶ, φησὶ, περὶ τούτου, καί τοι ἐκεῖναι αὐτὸν δικάσαι ἄξιοιεν. ἄπιτε δὲ ἐς τὴν Ἰδην παρὰ τὸν Πριάμου παῖδα. ὃς οἶδέ τις διαγνῶναι τὴν καλλίονα φιλόκαλος ὤν, καὶ οὐκ ἂν ἐκεῖνος κρῖναι κακῶς. Γα. τί οὖν αἱ θεαὶ, ὦ Πανόπη. Πα. τήμερον, οἶμαι, ἀπίασι πρὸς τὴν Ἴδην. Γαλ. καί τις ἥξει μετὰ μικρὸν ἀπαγγέλλων ἡμῖν τὴν κρατοῦσαν. Παν. ἤδη σοι φημὶ οὐκ ἄλλη κρατήσει, τῆς Ἀφροδίτης ἀγωνιζομένης. ἰὼ μή τι πάνυ ὁ διαιτητὴς ἀμβλυώπῃ.

Tritonis, Amymones & Neptuni.

Τρίτωνος, Ἀμυμώνης καὶ Ποσειδῶνος.

Τρίτων.

Ad Lernam, Neptune, quotidie venit aquatum virgo, pulchra omnino ſpecies. Haud equidem

Ἐπὶ τὴν λέρναν, ὦ Πόσειδον, παραγίγνεται καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὑδρευτομένη παῖς θέας,

θένος, πάγκαλόν τι χρῆμα, οὐκ οἶδα ἔγωγε καλλίω παῖδα ἰδών. Ποσ. ἐλευθέραν τινα ὦ Τρίτον λέγεις, ἢ θεράπαινά τις ὑδροφόρος ἐστὶν. Τρί. οὐ μενοῦν ἀλλὰ τοῦ Δαναοῦ ἐκείνου θυγάτηρ, μία τῶν πεντήκοντα καὶ αὐτὴ, Αμυμώνη τοὔνομα. ἐπυθόμην γὰρ, ἥ τις καλεῖτο, καὶ τὸ γένος. ὁ Δαναὸς δὲ σκληραγωγεῖ τὰς θυγατέρας, καὶ αὐτουργεῖν διδάσκει, καὶ πέμπει ὕδωρ τε ἀρυσομένας, καὶ πρὸς τὰ ἄλλα παιδεύει ἀόκνους εἶναι αὐτάς. Ποσειδ. μόνη δὲ παραγίνεται μακρὰν οὕτω τὴν ὁδὸν ἐξ Αργους ἐς Λέρναν; Τρί. μόνη. πολυδίψιον δὲ τὸ Αργος, ὡς οἶσθα, ὥστε ἀνάγκη ἀεὶ ὑδροφορεῖν. Ποσ. ὦ Τρίτον, οὐ μετρίως με διετάραξας, εἰπὼν τὰ περὶ τῆς παιδός. ὥστε ἴωμεν ἐπ' αὐτήν. Τρί. ἴωμεν. ἤδη γὰρ καιρὸς τῆς ὑδροφορίας. καὶ σχεδόν που κατὰ μέσην τὴν ὁδόν ἐστιν, ἰοῦσα ἐς τὴν

dem scio, formosiorem vllam puellã vidisse me. NEP. Liberam ne dicis Triton, an vero serua quæpiam est, quæ aquã ferre solet. TRI. Minime vero, sed Danai illius filia, vna ex quinqua ginta istis, etiã ipsa est, Amymone nomine. Interrogaui enim, & quæ vocaretur, & genus ipsius. Danaus autem duriter admodum educat filias, & opus manu facere ipsas docet, & ad aquam hauriendam mittit, & ad alias res agendas instituit, impigræ ipsæ vt sint. NEP. Solane autem venire solet longam adeo viam, ex Argis ad Lernam vsque? TRI. Sola, nam siticulosum ipsum Argos est, vt nosti. Quare necesse est, semper aquatum venire illam. NEP. Non mediocriter affecisti me animo, o Triton, qui mihi hæc de puella narraris. Quare eamus ad ipsam. TRI. Eamus, iam enim tempus quoq; est, cum aquatum ire solet. Ac prope alicubi circa mediam viam est peten-

do

do Lernam. NEP. Proinde currum iunge, vel, an hoc longiorem rebus moram iniiciet, submittere equos iugo, & currum apparare. Tu vero potius delphinem mihi aliquem, ex velocibus illis huc siste, inequitando enim illi quam celerrime prouehar. TRI. Ecce tibi hunc delphinū omnium velocissimum. NEP. Probe sane, prouehamur igitur. Tu vero iuxta natando consequere me Triton. Ac postea quam ad Lernam iam aduenimus, ego quidem hic in insidiis ero, tu aūt speculando obserua, quādo illam accedentē sentias. TRI. Eccam tibi, prope est. NEP. Formosa, Triton & in ipso ætatis flore puella hæc; sed comprehendenda nobis est. AMY. Heus homo, quo me hinc correptam abducis? plagiarius quispiam es, ac videris ab Aegypto, patruo nostro, ablegatus esse, quare clamando patrem vocabo. TRI. Tace Amymone, Neptunus hic est. AMY. Quid Neptunum mihi nar-

ἐς τὴν Λέρναν Ποσειδ. οὐκοῦν ζεῦξον τὸ ἅρμα. ἢ τοῦτο μὲν πολλὴν ἔχει τὴν διατριβὴν ὑπάγειν τοὺς ἵππους τῇ ζεύγλῃ, καὶ τὸ ἅρμα ἐπισκευάζειν; σὺ δὲ ἀλλὰ δελφῖνά μοι τινὰ τῶν ὠκέων παράστησον; ἐφιππάσομαι γὰρ ἐπ' αὐτοῦ τάχιστα. Τρί. ἰδού σοι οὑτοσὶ ὁ δελφίνων ὠκύτατος. Ποσ. εὖ γε ἀπελαύνωμεν. σὺ δὲ παρανήχου ὦ Τρίτων. κἀπειδὴ παρεσμὲν ἐς τὴν Λέρναν, ἐγὼ μὲν λοχήσω ἐνταῦθά που, σὺ δ' ἀποσκόπει, ὁπότ' ἂν αἴσθῃ προσιοῦσαν αὐτήν. Τρί. αὕτη σοι πλησίον. Ποσ. καλὴ ὦ Τρίτων, καὶ ὡραία παρθένος. ἀλλὰ συλληπτέα ἡμῖν ἐστιν. Αμυ. ἄνθρωπε ποῖ με ξυναρπάσας ἄγεις; ἀνδραποδιστὴς εἶ, καὶ ἔοικας ἡμῖν ἀπ' αἰγύπτου τοῦ θείου ἐπιπεμφθῆναι. ὥστε βοήσομαι τὸν πατέρα. Τρί. σιώπησον ὦ Αμυμώνη. ποσειδῶν ἐστι. Αμυ. τί ποσειδῶν λέ-

λέγεις; τί βιάζη με ὦ ἄνθρωπε, καὶ ἐς τὴν θάλατταν καθέλκεις; ἐγὼ δὲ ἀποπνιγήσομαι ἡ ἀθλία καταδῦσα. Πο. θάῤῥει, οὐδὲν δεινὸν πάθῃς, ἀλλὰ καὶ πηγὴν ἐπώνυμόν σοι ἀναδοθῆναι ἐάσω ἐντεῦθα. κατάξας τῇ τριαίνῃ τὴν πέτραν, πλησίον τοῦ κλύσματος. καὶ σὺ εὐδαίμων ἔσῃ τι καὶ μόνη τῶν ἀδελφῶν οὐχ ὑδροφοβήσεις ἀποθανοῦσα.

narras? cur mihi o homo vim facis, atque hinc in mare abstrahis? Ego vero suffocabor misera, submersa aquis. NEP. Bono animo sis. Nihil graue patiaris, sed & fontē cognominem tibi emanare hic sinam, percusso tridente saxo hoc, iuxta æstuarium, & tu ipsa felix atque beata eris, ac sola sororum obita morte, aquam non gestabis.

Νότος καὶ Ζέφυρος.

Ταύτην ὦ Ζέφυρε τὴν δάμαλιν, ἣν διὰ τῶν πελάγους ἐς αἴγυπτον ὁ Ἑρμῆς ἄγει, ὁ Ζεὺς διεκόρησεν, ἀλοὺς ἔρωτι; Ζε. ναὶ ὦ Νότε, οὐ δάμαλις δὲ τότε, ἀλλὰ παῖς ἦν τοῦ ποταμοῦ Ἰνάχου. νῦν δὲ ἡ Ἡρα τοιαύτην ἐποίησεν αὐτὴν ζηλοτυπήσασα, ὅτι καὶ πάνυ ἑώρα ἐρῶντα τὸν Δία. Νό. νῦν οὖν ἔτι ἐρᾷ τῆς βοός; Ζε. καὶ μάλα. καὶ διὰ τοῦτο ἐς αἴγυπτον αὐτὴν ἔπεμψε, καὶ ἡμῖν προσέταξε, μὴ κυμαίνειν τὴν θάλατταν, ἕως ἂν

Noti & Zephyri.

Num hanc Zephyre, iuuencam, quam per mare in Aegyptum Mercurius ducit, Iupiter, amore captus, vitiauit? ZEPH. Hanc ipsam, Note, sed iuuencam tum non erat, sed puella, Inachi fluuii filia. Nunc autem Iuno talem ipsam effigiauit, æmulatione amoris cōmota, propterea quod videbat Iouē illam prorsus deperire. NO. Proinde etiam nunc bouem illum amat? ZEPH. Atque admodum, & propterea in Aegyptū ipsa misit, nobisque dixit, ne conturbaremus mare, donec

nec

nec illa transnataſſet, vt quæ illic paritura ſit, fert autē vterum modo, Deuſque fiet, cum ipſa, tum quod ex ea partum erit. No. An iuuenca Deus? Zeph. Atque admodum Note, imperabitque, inquit Mercurius, nauigantibus, ac noſtra erit domina. vt quemcunque noſtrum volet, emittat, vel prohibeat aſpirare. Not. Colenda igitur obſeruāda quę nobis erit Zephyre, iam domina certe cū ſit. Nam per Iouem, beneuolentior eo pacto nobis erit. Zeph. Sed n. iam traiecit, & interram enatauit. Vides, vt non amplius quadrupes incedat, ſed erectam ipſam, Mercurius denuo mulierem, formoſam prorſus reddidit. No. Mira nimirum hæc Zephyre, nuſquam amplius neque cornua illius, neque cauda, neque tibiæ bifidæ, ſed amabilis puella eſt. Cæterū Mercurio quidnam accidit, qui ſe ipſum mutauit, & ex adoleſcente factus eſt quiſpiam, caninam faciem

ἕς' ἂν διανήξηται, ὡς ἀποτεκοῦσα ἐκεῖ, κύει δὲ ἤδη, θεὸς γένοιτο καὶ αὐτὴ καὶ τὸ τεχθέν. Νό. ἡ δάμαλις θεός; Ζεφυ. καὶ μάλα ὦ Νότε. ἄρξει τε ὁ ἑρμῆς ἔφη φῶς πλεόντων, καὶ ἡμῶν ἔσται δέσποινα, ὅν τινα ἂν ἡμῶν ἐθέλῃ ἐκπέμψαι, ἢ κωλύσαι ὑπαγεῖν. Νό. θεραπευτέα τοιγαροῦν ὦ Ζέφυρε, ἤδη δεσποινά γε οὖσα, νὴ Δία. εὐνουστέρα γὰρ οὕτω γένοιτο. Ζεφ. ἀλλ' ἤδη γὸ διεπέρασε, καὶ ἐξένευσεν ἐς τὴν γῆν. ὁρᾷς ὅπως οὐκέτι μὴν τετραποδιστὶ βαδίζει; ἀνορθώσας δ' αὐτὴν ὁ Ερμῆς, γυναῖκα παγκάλλιν αὖθις ἐποίησε; Νό. παράδοξα γοῦν ταῦτα ὦ Ζέφυρε. οὐκ ἔτι τὰ κέρατα, οὐδὲ οὐρὰ, καὶ διχηλὰ τὰ σκέλη, ἀλλ' ἐπέρασος κόρη. ὁ μὴν τοι Ερμῆς τι παθὼν, μεταβέβληκεν ἑαυτὸν, καὶ ἀντὶ νεανίου κυνοπρόσωπος γεγένηται.

γήσῃ. Ζέφ. μὴ πολυπραγμονῶμεν, ὅτι ἄμεινον ἐκεῖνος οἶδε τὰ πρακτέα.

em præ ſe ferens. ZEP. Ne curioſius perſequāur iſta, quandoquidem melius ille, quæ facienda ſint, nouit.

Ποσειδῶν & καὶ Δελφίνων.

Neptuni & Delphinum.

Εὖγε ὦ δελφῖνες, ὅτι ἀεὶ φιλάνθρωποι ἔστε, καὶ πάλαι μὲν τὸ τῆς Ἰνοῦς παιδίον ὑπὲρ τὸν ἰσθμὸν ἐκομίσατε, ὑποδεξάμενοι ἀπὸ τῶν Σκιρωνίδων μετὰ τῆς μητρὸς ἐμπεσόν. καὶ νῦν σὺ τὸν κιθαρῳδὸν τοῦτον τὸν ἐκ Μηθύμνης ἀναλαβὼν, ἐξενήξω ἐς Ταίναρον αὐτῷ σκευῇ καὶ κιθάρᾳ. οὐδὲ θεμιτὸν, κακῶς ὑπὸ τῶν ναυτῶν ἀπολλύμενον. Δελφ. μὴ θαυμάσῃς ὦ Πόσειδον, εἰ τοὺς ἀνθρώπους εὖ ποιοῦμεν, ἐξ ἀνθρώπων γε καὶ αὐτοὶ ἰχθύες γενόμενοι. Ποσ. ἀλλ' ἐμέμφομαί γε τῷ Διονύσῳ, ὅτι ὑμᾶς καταναυμαχήσας μετέβαλε, δέον χειρώσασθαι μόνον, ὥσπερ τοὺς ἄλλους ὑπηγάγετο, ὅπως γὰρ τὰ μετὰ τοῦ Ἀρίονα

Laudo, recte facitis Delphines, quod ſemper amantes hominum eſtis. Nam & olim Inonis filium in Iſthmū portaſtis, exceptū a Scironiis ſcopulis, vnde cum matre præcipitatus fuerat. Et nunc tu Citharœdo iſto Methymnenſi, cum ipſo ornatu & cithara recepto, in Tænarum enata ſti, neque paſſus es indigne a nautis perire illum. DELP. Ne mireris Neptune ſi hominib. benefacimus, nam & ipſi ex hominibus piſces facti ſumus. NEP. Atque equidem ob id reprehendo Bachum, quod vos nauali prælio ſuperatos ita transformauit, cum deberet captiuos ſolum in deditionem accipere, quemadmodum & cæteros in poteſtatem redegit. Sed quo pacto, cum

Arione hoc, quod accidit, sese habet? DELP. Periander iste, puto, delectabatur homine, ac sæpe illum ad se accersebat artis gratia. Ille autem diues iam factus a tyranno, concupiuit, nauigando in patriam, Methymnam videlicet, spectandas ibi diuitias suas exhibere. Ac conscensa ad traiiciendum naui, hominum quorundam sceleratorum, posteaquam cognitus est, multum auri secum ferre, vbi ad mediũ ferme Aegeum peruentũ fuit, insidiari illi nautæ cœperunt. Ille vero (nam auscultabam omnia, iuxta nauigium natando) quoniam iam hoc vobis ita visum est, inquit, ac me saltem assumto ornatu, & decantato prius mihi ipsi funebri aliquo carmine, volentẽ sinite præcipitare meipsum. Concesserũt nautæ. Tum ille assumpsit ornatũ, & cecinit omnino lene, & cecidit in mare, tanquam statim omnino moriturus. Ego vero excepto atque imposito illo, enataui

Αρίονα τοῦτον ἐγένετο ὦ δελφίν; Δελ. ὁ Περίανδρος, οἶμαι, ἔχαιρεν αὐτῷ, καὶ πολλάκις μετεπέμπετο αὐτὸν ἐπὶ τῇ τέχνῃ. ὁ δὲ πλουτίσας παρὰ τοῦ τυράννου ἐπεθύμησε πλεύσας οἴκαδε ἐς τὴν Μήθυμναν, ἐπιδείξασθαι τὸν πλοῦτον. καὶ ἐπιβὰς πορθμείου τινὸς κακούργων ἀνδρῶν, ὡς ἔδειξε πολὺν ἄγων χρυσὸν καὶ ἄργυρον, ἐπεὶ κατὰ μέσον τὸ Αἰγαῖον ἐγένοντο, ἐπιβουλεύουσιν αὐτῷ οἱ ναῦται. ὁ δὲ, ἠκροώμην γὰρ ἅπαντα, παρανέων τῷ σκάφει, ἐπεὶ ταῦτα ὑμῖν δέδοκται, ἔφη, ἀλλὰ τὴν σκευὴν ἀναλαβόντα με, καὶ ἄσαντα θρῆνόν τινα ἐπ' ἐμαυτῷ, ἑκόντα ἐάσατε ῥίψαι ἐμαυτόν. ἐπέτρεψαν οἱ ναῦται. καὶ ἀνέλαβε τὴν σκευήν. καὶ ᾖσε πάνυ λιγυρῶς, καὶ ἔπεσεν εἰς τὴν θάλατταν, ὡς αὐτίκα πάντως ἀποθανούμενος. ἐγὼ δὲ ὑπολαβὼν, καὶ ἀναθέμενος αὐτὸν, ἐξενηξάμην

μιω ἔχων εἰς Ταίναρον. Πο. ἐπαινῶ τῆς φιλομουσίας. ἄξιον γὰρ τὸν μισθὸν ἀπέδωκας αὐτῷ τῆς ἀκροάσεως.

taui vn a cum ipso in Tenarum. NEP. Laudo ſtudium erga Muſicam tuum, dignam enim mercedem retuliſti ipſi pro eo quod auſcultaras.

Ποσειδῶν & καὶ Νηρηίδων.

Neptuni & Nereidum

Τὸ μὲν στενὸν τοῦτο, ἐς ὃ ἡ παῖς κατωνέχθη, ἑλλήσποντος ἀπ' αὐτῆς καλείσθω. τὸν δὲ νεκρὸν, ὑμεῖς ὦ Νηρηίδες παραλαβοῦσαι, τῇ Τρωάδι προσενέγκατε, ὡς τἀφεῖν ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων. Νηρ. μὰ δαμῶς ὦ Πόσειδον. ἀλλ' ἐνταῦθα ἐν τῷ ἐπωνύμῳ πελάγει τεθάφθω. ἐλεοῦμεν γὰρ αὐτὸν, οἷα πέπονθε ὑπὸ τῆς μητρυιᾶς πεπονθυῖαν. Ποσ. τοῦτο μὲν ὦ Ἀμφιτρίτη οὐ θέμις. οὐδ' ἄλλως καλὸν ἐνταῦθά που κεῖσθαι ὑπὸ τῇ ψάμμῳ αὐτόν ἀλλ' ὅπερ ἔφην ἐν τῇ Τρωάδι, ἐν τῇ Χερρονήσῳ τεθάψεται. ἐκεῖνο δὲ παραμύθιον ἔσται αὐτῇ, ὅτι μετ' ὀλίγον τὰ αὐτὰ καὶ ἡ Ἰνὼ πείσεται, καὶ ἐμπεσεῖται ὑπὸ τοῦ Ἀθά-

Fretum hoc quidem anguſtum, in quod puella delapſa, ſubmerſa eſt Helleſpontus ab ipſa vocetur. Cadauer autem ipſum, vos Nereides acceptum, in Troadem auferte, vt ibi ab incolis ſepeliatur. NER. Nequaquam, Neptune, ſed hic in cognomini pelago ſepeliatur. Miſeremur enim ipſius, vt quæ miſerabilia maxime a nouerca paſſa fuerit. NEPT. At hoc quidem, Amphitrite, fas non eſt, neque etiam alias honeſtũ hic illam alicubi ſub arena iacere: Sed quod dixi, in Troade, in Cherſoneſo mox ſepelietur. Illud autem pro ſolatio ei erit, quod paulo poſt eadem, ipſa quoque Ino patietur, & præcipitabitur, perſequente illam

Athamante, in pelagus ex ſummo Citherone, qua in mare porrigitur, vna cum filio, quem in vlnis geſtabat. NER. Sed & illam ſeruare conueniet gratiam hanc Bacho faciendo. Educauit enim illum Ino, eademque nutrix illius fuit. NEP. Nō decebat, adeo prauam. Sed tamen Bacho non gratificari, Amphitrite, indignū foret. NER. Sed quid accidit huic, quod ab ariete decidit? frater autem eius, Phryxus tuto vehitur? NEP. Merito, adoleſcens enim eſt, & contra impetū obſiſtere poteſt. Illa vero, eo quod inſueta eius rei erat conſcenſo videlicet vehiculo nouo & inopinato, & deſpiciendo in profundum immenſum, perculſa animo, & pauore pariter attonita, præterea & vertigine correpta, præ vehementia & impetu volatus, retinere cornua arietis amplius non potuit, quibus ſe eo vſque ſuſtentauerat, atque ita in mare decidit. NER. An non igitur matrem ipſi-

Αθάμαντος διωκομένη εἰς τὸ πέλαγος, ἀπ' ἄκρου τοῦ Κιθαιρῶνος, καθόπερ καθήκει ἐς τὴν θάλασσαν, ἔχουσα καὶ τὸν υἱὸν ἐπὶ τῆς ἀγκάλης. Νη. ἀλλὰ καὶ ἐκείνῳ σῶσαι δέησει, χαριζόμενος τῷ Διονύσῳ· τροφὸς γὰρ αὐτοῦ καὶ τίτθη ἡ Ινώ. Ποσ. οὐκ ἐχρῆν οὕτω πονηρὰν οὖσαν. ἀλλὰ τῷ Διονύσῳ ἀχαρίστειν ὦ Αμφιτρίτη, οὐκ ἄξιον. Νη. αὕτη δὲ ἄρα τί παθοῦσα κατέπεσεν ἀπὸ τοῦ κριοῦ; ὁ ἀδελφὸς δὲ ὁ Φρίξος ἀσφαλῶς ὀχεῖται; Ποσ. εἰκότως. νεανίας γάρ, καὶ δύναται ἀντέχειν πρὸς τὴν φοράν. ἡ δὲ, ὑπὸ ἀηθείας ἐπιβᾶσα ὀχήματος παραδόξου, καὶ ἀποβλέψασα ἐς βάθος ἀχανὲς, ἐκπλαγεῖσα, καὶ τῷ δάμβει ἅμα σχεθεῖσα, καὶ ἰλλιγγιάσασα πρὸς τὸ σφοδρὸν τῆς πτήσεως, ἀκρατὴς ἐγένετο τῶν κεράτων τοῦ κριοῦ, ὧν τέως ἀπείληπτο, καὶ κατέπεσεν ἐς τὸ πέλαγος. Νη. οὐκοῦν ἐχρῆν τὴν μητέρα τὴν

τῷ Νεφέλῃ βοηθεῖν πιπτούσῃ; Ποσ. ἐχρῆν. ἀλλὰ ἡ μοῖρα πολλῷ τῆς Νεφέλης δυνατωτέρα.

ipsius Nephelen decebat opem ferre cadenti? NEPTV. Decebat sane, sed Parca quam Nephele multo potentior est.

Ιριδος καὶ Ποσειδῶνος.

Τὴν νῆσον τὴν πλανωμένην ὦ Πόσειδον, ἀποσπασθεῖσαν τῆς Σικελίας, ὕφαλον ὑπενίχθαι συμβέβηκε. ταύτην φησὶν ὁ Ζεὺς σῆσον ἤδη, καὶ ἀνάφηνον, καὶ ποίμνιον ἤδη δῆλον ἐν τῷ αἰγαίῳ μέσῳ βεβαίως μένειν, σηρίξας πάνυ ἀσφαλῶς. δεῖται γάρ τι αὐτῆς. Ποσ. πεπράξεται τοῦτο ὦ Ιρι. τίνα δὲ ὅμως παρέξει αὐτῇ τὴν χρείαν ἀναφανεῖσα καὶ μηκέτι πλέουσα. Ιρις. τὴν Λητὼ ἐπ' αὐτῆς δεῖ ὑπενεγκεῖν. ἤδη γὰρ πονήρως ἔχει τῆς ὠδίνων. Πο. τί οὖν; οὐχ ἱκανὸς ὁ οὐρανὸς ἐντεκεῖν; εἰ δὲ μὴ οὗτος, ἀλλά γε πᾶσα ἡ γῆ οὐκ ἂν ἔσχε δέξασθαι δυνάμενα τὰς αὐτῆς γονάς; Ιρις. οὐκ ὦ Πόσειδον. ἡ Ηρα

Iridis & Neptuni.

Insulam istã errantẽ Neptune, quæ a Sicilia reuulsa atquo vndis submersa, mari innatat. Eã, ita iubet Iupiter, consistere facias iam atque apparere, & vt tantundem manifesta atque conspicua in medio Aegæo inconcussa maneat, fundata firmiter admodum illa. Opus enim illa nonnihil habet. NEP. Fiet hoc. IRI. Sed tamẽ quẽ vsum illi præbebit, manifesta apparens, & non amplius fluctuans? IRI. Latonem in ipsa oportet parere, iam enim male habet a doloribus. NE. Quid igitur? an non sufficit illi cœlum, vt in eo pariat? Quod si minus autem illud, at certe nec tota terra partus illius recipere poterat? IRI. Non Neptune. Nã

οἰόμενος ἐπιβήσειν αὐτὸν τῆς σοροῦ, ἔπεμπόν τε πολλὰ, ὡς μὴ ὑπερβάλλοιντό με οἱ ἀντεραστὰι τῇ μεγαλοδωρεᾷ. καὶ τὰ πολλὰ ὑπὸ φροντίδων, ἄγρυπνος ἐκείμην ἀριθμῶν ἕκαστα, καὶ διατάττων. ταῦτα γοῦν μοι καὶ τοῦ ἀποθανεῖν αἴτια γεγένηται, ἀγρυπνία, καὶ φροντίδες. ὁ δὲ τοσοῦτόν μοι δέλεαρ καταπιὼν, ἐφεστήκει θαττομένῳ πρώην ἐπιγελῶν. Πλού. εὖγε ὦ Θούκριτε, ζώης ἐπιμήκιστον, πλούτων ἅμα, καὶ τῶν τοιούτων καταγελῶν. μὴ δὲ πρότερόν γε σὺ ἀποθάνοις, ἢ προπέμψεις πάντας τοὺς κόλακας. Τερ. τοῦτο μὲν ὦ πλούτων καὶ ἐμοὶ ἥδιστον ἤδη, εἰ καὶ Χαριάδης προτεθνήξεται Θουκρίτου. Πλού. θάῤῥει ὦ Τέρψιον. καὶ Φείδων γὰρ, καὶ Μέλανθος, καὶ ὅλως ἅπαντες, προελεύσονται αὐτοῦ ὑπὸ ταῖς αὐταῖς φροντίσιν. Τερ. ἐπαινῶ ταῦτα. ζώης ἐπιμήκιστον ὦ Θούκριτε.

simulabat. Vnde quanto citius eum ad sepulchrũ duci existimabam, tanto plus illi donorũ mittebam, vt ne ii, qui amore concurrebant, muneribus me præclaris vincerent. Plerunque etiã præ nimia sollicitudine in somnis iacebam, singula enumerans, ac vnũ quodque disponens. Eaque etiam causa interitus mihi fuit, cura & vigiliæ. Ille autem deglutito hoc illectamẽto meo tanto, adstitit mihi, quado sepeliebar paulo ante, irridens. PLV. Euge o Tucrite, diutissime viuas, vna & diuitiis abundans, & huiuscemodi homines deridens, neq; prius moriaris, quã hos blanditores cunctos præmittas. TER. Hoc quidem o Pluto periucundum mihi foret, si ante Tucritum Chariades vita decederet. PLV. Boni animi sis o Ter. & Phido etiam, & Melanthus, & omnes penitus ipsũ præcedent, suis ipsorũ curis confecti. TE. Hæc ego sum̃opere laudo, o Tucrite diutissime viuas.

Zenophantæ & Callidemidæ.

At tu Callidemides, quo pacto interiſti? Nã ipſe quemadmodum Diniæ paraſitus cũ eſſem, immodica ingurgitatione præfocatus fuerim, noſti, aderas enim morienti. CAL. Aderam Zenophantes. Porro mihi nouum quiddam atque inopinatum accidit. Nã tibi quoq; notus eſt Ptœodorus ille ſenex. ZENOPH. Orbum illum dicis, ac diuitem, apud quem te aſſidue verſari conſpiciebam? CAL. Illum ſemper captabam, colebamque, id mihi pollicens fore, vt meo bono quamprimũ moreretur. Verum quum ea res in longum proferretur, ſene videlicet, vel vltra Tithonios annos viuente, compendiariam quãdam excogitaui viam, qua ad hæreditatem peruenirem. Siquidem empto veneno, pocillatori perſuaſeram, vt ſimulatque Ptœodorus potum poſceret, bibebat autem prolixius, præſentius in cali-

Ζηνοφάντε καὶ Καλλιδημίδου.

Σὺ δῆ ὦ Καλλιδημίδη, πῶς ἀπέθανες, ἐγὼ μὲν γὰρ, ὅτι παράσιτος ὢν Δεινίου, πλέον τοῦ ἱκανοῦ ἐμφαγὼν, ἀπεπνίγην, οἶσθα. παρῆς γὰρ ἀποθνήσκοντί μοι. Καλ. παρῆν ὦ Ζηνόφαντες. τὸ δὲ ἐμὸν, παράδοξόν τι ἐγένετο. οἶσθα γὰρ καὶ σὺ τὸν Πτοιόδωρον τὸν γέροντα. Ζη. τὸν ἄτεκνον, τὸν πλούσιον, ᾧ σε τὰ πολλὰ ἤδειν σιτούμενον; Καλ. ἐκεῖνον αὐτὸν ἀεὶ ἐθεράπευον, ὑποτοπούμενος ἐπ' ἐμοῖ κληρονόμῳ τελευτήξεσθαι, ἐπεὶ δὲ τὸ πρᾶγμα ἐς μῆκιστον ἐπεγίνετο, καὶ ὑπὲρ τὸν Τιθωνὸν ὁ γέρων ἔζη, ὀπτομόν τινα ὁδὸν ὑπὲρ τὸν κλῆρον ἐξεῦρον. πριάμενος γὰρ φάρμακον, ἀνέπεισα τὸν οἰνοχόον, ἐπειδὰν τάχιστα ὁ Πτοιόδωρος αἰτήσῃ πιεῖν, πίνει δ' ὀπτικῶς, ζωρότερον ἐμβαλόντα ἐς κύ-

λικα

λικα, ἕτοιμον ἔχειν αὐτὸ, καὶ ἐπιδοῦναι αὐτῷ. εἰ δὲ τοῦτο ποιήσει, ἐλεύθερον ἐπωμοσάμην ἀφήσειν αὐτόν. Ζη. τί οὖν ἐγένετο; πάνυ γάρ τι παράδοξον ἐρεῖν ἔοικας. Καλ. ἐπεὶ τοίνυν λουσάμενοι ἥκομεν, δύο ἤδη ὁ μειρακίσκος κύλικας ἑτοίμους ἔχων, τὴν μὲν τῷ Πτοιοδώρῳ τὴν ἔχουσαν τὸ φάρμακον, τὴν δ' ἑτέραν ἐμοὶ, σφαλεὶς οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐμοὶ μὲν τὸ φάρμακον, Πτοιοδώρῳ δὲ τὸ ἀφάρμακτον ἐπέδωκεν. εἶτα ὁ μὲν ἔπινεν. ἐγὼ δὲ αὐτίκα μάλα ἐκτάδην ἐκείμην, ὑποβολιμαῖος ἀντ' ἐκείνου νεκρός. τί τοῦτο γελᾷς ὦ Ζηνόφαντες; καὶ μὴν οὐκ ἔδειγε ἑταίρῳ ἀνδρὶ ἐπιγελᾶν. Ζη. ἀστεῖα γὰρ ὦ Καλλιδημίδη πέπονθας. ὁ γέρων δὲ, τί πρὸς ταῦτα; Καλ. πρῶτον μὲν ὑπεταράχθη πρὸς τὸ αἰφνίδιον. εἶτα συνεὶς οἶμαι τὸ γεγενημένον, ἐγέλα καὶ αὐτὸς, οἷά γε ὁ οἰνοχόος εἴργασται. Ζη. πλὴν ἀλλ' οὐδὲ σὲ τὴν

calicem iniiceret, haberetque in promptu, porrecturus illi. Quod si fecisset, iureiurando confirmabam, me illum manumissurum. Ze. Quid igitur accidit? nam inopinatum quiddam narraturus mihi videris. C. Vbi iã loti venissemus, puer duobus paratis poculis, altero Ptœodoro cui venenum erat additum, altero mihi nescio quomodo errans, mihi venenũ, Ptœodoro porrexit innoxium. Mox ille quidem bibit, at ego protinus humiporrectim stratus sum, supposititiũ videlicet illius loco funus. Quid hoc? Rides Zenophanta? Atqui non conuenit amici malis illudere. Ze. Rideo profecto, nam eleganter ac lepide tibi hæc res euenit. Porro senex ille, qd interim? Cal. Primum ad casum subitum atque inexpectatum sane conturbatus est. Deinde simul atque intellexit, id quod acciderat, puta pocillatoris errore factum, risit & ipse. Ze. Recte sane. Tametsi nõ

oportuit ad compendiū illud diuertere, siquidē venisset tibi populari, vulgataque via, tutius certiusque, etiamsi paulo serius.

ἐπίτομον ἐχρῆν τραπέσθαι. ἧκε γὰρ ἄν σοι διὰ τῆς λεωφόρου ἀσφαλέστερον, εἰ καὶ ὀλίγῳ βραδύτερος ἦν.

Cnemonis & Damnippi.

Hoc illud ē quod vulgo dici consueuit, Hinulus leonē. DA. Quid isthuc est, quod tecum stomachare Cnemon? C. Quid stomacher rogas? Equidem hæredem reliqui quendam præter animi sententiam, videlicet astu delusus miser, iis quos maxime mea cupiebam habere, præteritis. DA. Sed isthuc quinam euenit? CNE. Hermolaum nobilem illum diuitem, cum orbus esset, imminente morte captabā, assidens atq; inseruiens. Neque ille grauatim officium meum admittebat. At interim illud quoque mihi visum est scitum, consultumque, vt testamentum proferrem ac publicarem, quo illum rerum mearum in solidum hæredem institue-

Κνήμονος καὶ Δαμνίππου.

Τοῦτο ἐκεῖνο τὸ τῆς παροιμίας, Ονεβρὸς τὸν λέοντα. Δάμ. τί ἀγανακτεῖς ὦ Κνῆμον; Κνη. πυνθάνῃ ὅ, τι ἀγανακτῶ; κληρονόμον ἀκούσιος καταλέλοιπα, κατασοφισθεὶς ὁ ἄθλιος, οὓς ἐβουλόμην ἂν μάλιστα σχεῖν τὰ μὰ, παραλιπὼν. Δα. πῶς τοῦτ' ἐγένετο; Κνη. Ερμόλαον τὸν πάνυ πλούσιον ἄτεκνον ὄντα, ἐθεράπευον ἐπὶ θανάτῳ. κἀκεῖνος οὐκ ἀηδῶς τὴν θεραπείαν προσίετο. ἔδοξε δή μοι καὶ σοφὸν τοῦτ' εἶναι, θέσθαι διαθήκας ἐς τὸ φανερὸν, ἐν αἷς ἐκείνῳ καταλέλοιπα τἀμὰ πάντα, ὡς κἀκεῖνος

νος ζηλώσειε, καὶ τὰ αὐτὰ πράξειε. Δά. τί οὖν δὴ ἐκεῖνος; Κυν. ὅ, τι μὲν οὖν αὐτὸς ἐνέγραψε ταῖς ἑαυτοῦ διαθήκαις, οὐκ οἶδα. ἐγὼ γοῦν ἄφνω ἀπέθανον, τοῦ τέγους μοι ἐμπεσόντος, καὶ νῦν Ερμόλαος ἔχει τἀμά, ὥσπερ τις λάβραξ καὶ τὸ ἄγκιστρον τῷ δελέατι συγκαταπράσας. Δάμ. οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτόν σε τὸν ἁλιέα. ὥστε σόφισμα κατὰ σαυτοῦ σεσυτέθεικας. Κυν. ἔοικα, οἰμώζω τοιγαροῦν.

tueram, nimirum vt ille viciſſim idem faceret meo prouocatus exẽplo. DAM. Ac quid tandem ille? CYN. Quid ille ſuo in teſtamento ſcripſerit id quidem ignoro. Cæterum ego repente atq; inſperato e vita deceſſi, tecti ruina oppreſſus. Et nunc Hermolaus mea poſſidet, lupi cuiuſpiam in morem ipſo hamo cũ eſca pariter auulſo. DA. Imo non eſcam modo cũ hamo, quin etiam te quoque piſcatorem ſimul abſtulit. Itaque technam iſtam, in tuum ipſius caput ſtruxeras. CYN. Sic apparet, idque adeo deploro.

Σιμύλῳ καὶ Πολυστράτου.

Ἦκεις ποτὲ ὦ Πολύστρατε καὶ σὺ παρ' ἡμᾶς, ἔτη οἶμαι οὐ πολὺ ὑποδέοντα τῆς ἑκατὸν βεβιωκώς. Πολυ. ὀκτὼ δὴ τοῖς ἐνενήκοντα ὦ Σίμυλε. Σι. πῶς δὲ τὰ μετ' ἐμὲ ταῦτ' ἐβίως τριάκοντα; ἐγὼ γὰρ ἀμφὶ τὰ ἑβδομήκοντα σου ὄντος, ἀπέθανον. Πο-

Simyli & Polyſtrati.

Veniſti tandem & tu Polyſtrate ad nos, quum annos vixeris haud multo pauciores centum opinor. P. Nõaginta octo Simyle. SIM. Sed quinã triginta iſtos annos egiſti, quibus mihi fueras ſuperſtes? Nam ipſe perii te ferme ſeptuagenario. POLYST. Quam

ſuauiſſime profecto, etiamſi hoc mirum tibi videbitur. SIM. Mirum uero, ſiquidem tibi primum ſeni, deinde inualido, poſtremo etiam orbo quicquam poterat eſſe in vita ſuaue? POLY. Principio nihil erat qđ non poſſem, præterea pueri formoſi complures aderant, tum mulieres nitidiſſimæ, vnguenta, vinum mire fragrans, poſtremo menſę vel Siculis illis lautiores. SIM. Noua narras, nã ego te plane ſordidum ac parciſſimũ eſſe ſciebam. P. Atq; vir præclare ex alienis arcis opes mihi ſub ſcatebant. Tum diluculo protinus quam plurimi mortales ad fores me as ventitabant, ſimulq; ex omni rerum genere, quę terrarum vbiuis pulcherrimæ reperiuntur, munera deportabantur. SIM. Num me defuncto regnum geſſiſti? P. Minime, verum amantes habebã innumeros. SIM. Non poſſum non ridere tu ne amantes? tantus natu cum eſſes, vixque tibi dentes ſupereſſent qua-

ἀφρόδισια, εἰ καί σοι παράδοξον τοῦτο δόξει. Σι. παράδοξον. εἰ γέρων τε, καὶ ἀδενὴς, ἄτεκνός τε προσέτι, ἥδεσθαι τοῖς ἐν τῷ βίῳ ἐδύνατο. Πολυ. τὸ μὲν πρῶτον, ἅπαντα ἐδυνάμην. ἔτι καὶ παῖδες ὡραῖοι ἦσαν πολλοὶ, καὶ γυναῖκες ἀβρόταται, καὶ μύρα, καὶ οἶνος ἀνθοσμίαν, καὶ τράπεζαι ὑπὲρ τὰς ἐν Σικελίᾳ. Σι. καινὰ ταῦτα. ἐγὼ γάρ σε πάνυ φειδόμενον ὑπέλαμβανον. Πολυ. ἀλλ' ὑπέρρει μοι ὦ γενναῖε παρ' ἄλλων τἀγαθά. καὶ ἔωθεν μὲν οὐδὺς ὅτι θύρας ἐφοίτων μάλα πολλοί. μετὰ δὲ, παντοῖά μοι δῶρα προσήγετο, ἀπὸ παντάχοθεν τῆς γῆς κάλλιστα. Σι. ἐτυράννησας ὦ Πολύστρατε μετ' ἐμὲ; Πολυ. οὐκ. ἀλλ' ἐρασὰς εἶχον μυρίους. Σι. ἐγέλασα. ἐρασὰς σὺ τηλικοῦτος ὤν, ὀδόντας τέτταρας ἔχων

ἔχων; Πολυ. νὴ Δία τοὺς ἀρίστους γε τῶν ἐν τῇ πόλει. καὶ γέροντά με, καὶ φαλακρὸν ὡς ὁρᾷς ὄντα, καὶ λημῶντα προσέτι, καὶ κορυζῶντα, ὑπερήδοντο θεραπεύοντες. καὶ μακάριος ἦν αὐτῶν, ὅν τινα ἂν καὶ μόνον προσέβλεψα. Σιμ. μῶν καὶ σύ τινα ὥσπερ ὁ Φάων τὴν Αφροδίτην ἐκ Χίου διεπόρθμευσας, εἶτά σοι εὐξαμένῳ ἔδωκε νεὸν εἶναι, καὶ καλὸν ἐξ ὑπαρχῆς, καὶ ἀξιέραστον; Πολυ. οὐκ, ἀλλὰ τοιοῦτος ὤν, περιπόθητος ἦν. Σιμ. αἰνίγματα λέγεις. Πολυ. καὶ μὴν πρόδηλός γε ὁ ἔρως οὑτοσὶ πολὺς ὤν, ὁ περὶ τοὺς ἀτέκνους καὶ πλουσίους γέροντας. Σι. νῦν μανθάνω σου τὸ κάλλος ὦ θαυμάσιε, ὅτι παρὰ τῆς χρυσῆς Αφροδίτης ἦν. Πολυ. ἀτὰρ ὦ Σίμυλε, οὐκ ὀλίγα τῶν ἐραστῶν ἀπολέλαυκα, μονο-

quatuor? Pol. Habebã per Iouem equidem optimates ciuitatis, cumq; essem tum senex tũ caluus, sicuti vides, præterea lippiens etiam ac senio cæcutiens, postremo naribus muccosis, tamẽ cupidissime mihi inseruiebant, adeo vt is felix videretur, quẽcunq; vel aspexissem modo. Sim. Num tu quoque quemadmodum Phaon ille, Venerem aliquam e Chio transuexisti? vt ob id optanti tibi illa dederit rursum ad iuuentam redire, ac denuo formosum atque amabilem fieri. Pol. Haudquaquam, quin magis quum talis essem qualem dixi, tamen supra modũ adamabar. Sim. Aenigmata narras. Pol. Atqui notissimus est hic amor, cum vulgo sit frequens, nempe erga senes orbos diuites. Sim. Nunc tua forma vnde tibi profecta fuerit intelligo vir egregie, nimirum ab aurea illa Venere. Pol. Veruntamen non parũ multas cõmoditates ab amantibus tuli, Simyle,

propemodum etiam adoratus ab illis. Porro sæpius etiam quasi procax illis illudebam, excludēs interdum nonnullos eorum, interim illi inter sese decertabant, & in ambiendis primis apud me partibus, alium alius anteire nitebatur. S. Sed age de facultatibus tuis quid tandem statueras? POL. Palam quidē affirmabam, me vnumquenq; illorū relicturū hæredē, idq; illi cū crederent futurum, certatim se quisque obsequentiorem atque adulantiorem præbebat. Cæterū alteras illas veras tabulas, quas apud me seruaueram, reliqui, in quibus omnes illos plorare iussi. SIM. At postremæ illæ tabulæ quem pronūtiabant hæredem? num e cognatis quempiam? POL. Non per Iouem, imo nouitium quendam ex formosis illis adolescentulis, natione Phrygem. SIM. Quot annos natum Polystrate? POL. Viginti ferme. SI. Iam intelligo, quib. obsequiis ille te demeruerit.

μονονουχὶ προσκυνούμενος ὑπ' αὐτῶν. καὶ ἐθρυπτόμην δὲ πολλάκις, καὶ ἀπέκλειον αὐτῶν τινὰς ἐνίοτε. οἱ δὲ ἠμιλλῶντο, καὶ ἀλλήλους ὑπερεβάλλοντο ἐν τῇ περὶ ἐμὲ φιλοτιμίᾳ. Σι. τέλος δ' οὖν, πῶς ἐβουλεύσω περὶ τῶν κτημάτων; Πολυ. ἐς τὸ φανερὸν μὲν ἕκαστον αὐτῶν κληρονόμον ἀπολιπεῖν ἔφασκον. ὁ δ' ἐπίστευέ τε, καὶ κολακευτικώτερον παρεσκεύαζεν ἑαυτόν. ἄλλας δὲ τὰς ἀληθεῖς διαθήκας ἐκείνας ἔχων, κατέλιπον, οἰμώζειν ἅπασι φράσας. Σι. τίνα δ' αἱ τελευταῖαι τὸν κληρονόμον ἔσχον; ἦ που τινὰ τῶν ἀπὸ τοῦ γένους; Πολυ. οὐ μὰ Δί', ἀλλὰ νεώτητόν τινα τῶν μειρακίων τῶν ὡραίων φρύγα. Σι. ἀμφὶ πόσα ἔτη ὦ Πολύστρατε; Πολυ. σχεδὸν ἀμφὶ τὰ εἴκοσι. Σι. ἤδη μανθάνω, ἃ τινά σοι ἐκεῖνος ἐχαρίζετο.

Πολ.

Πολυ. πλὴν ἀλλὰ πολὺ ἐκείνων ἀξιώτερος κληρονομεῖν, εἰ καὶ βάρβαρος ἦν, καὶ ὄλεθρος. ὃν ἤδη καὶ αὐτοὶ οἱ ἄριστοι θεραπεύουσιν, ἐκεῖνος τοίνυν ἐκληρονόμησέ μου. καὶ νῦν ἐν τοῖς εὐπατρίδαις ἀριθμεῖται, ὑπεξυρημένος μὲν τὸ γένειον, καὶ βαρβαρίζων. Κόδρου δὲ εὐγενέστερος, καὶ Νιρέως καλλίων, καὶ Οδυσσέως συνετώτερος λεγόμενος εἶναι. Σι. οὔ μοι μέλει, καὶ στρατηγησάτω τῆς Ελλάδος, εἰ δοκεῖ, ἐκεῖνοι δὲ, μὴ κληρονομείτωσαν μόνον.

Χάρων καὶ Ερμοῦ.

Ακούσατε ὡς ἔχει ἡμῖν τὰ πράγματα. μικρὸν καὶ ἡμῖν, ὡς ὁρᾶτε, τὸ σκαφίδιον, καὶ ὑπόσαθρόν ἐστι, καὶ διαῤῥεῖ τὰ πολλὰ, καὶ ἢν τραπῇ ἐπὶ θάτερα, εὐχήσεται περιτραπέν. ὑμεῖς

rit. Pol. Attamen multo illis dignior qui scriberetur hæres, etiamsi Barbarus erat ac perditus, quem iam ipsi etiã optimates colunt captãtque. Is igitur mihi extitit hæres, iamque inter patricios numeratur, sub raso mento, barbaroq; cultu ac lingua, quin eũ Codro generosiorem, Nireo formosiorẽ, Vlysse prudentiorẽ esse prædicant. Sim. Non laboro, vt totius Græciæ sit imperator, si libet, modo ne illi potiantur hæreditate.

Charon, Mercurins, Mortui, Menippus, Charmoleus, Lampichus, Damasias, Philosophus, Rhetor.

Audite quo loco sint res nostræ. Equidẽ parua est nobis, quemadmodum videtis, & cariosa nauicula, & quæ vndique perfluit, quod si in alteram partem se inclinarit, plane submersa peribit, atque vestrum tam multi simul confluunt,

unt,& ſinguli plurimas ſarcinas afferunt. Quod ſi cum his nauiculam cō ſcenderitis , vereor ne poſtea vos facti pœnitear, maxime vero eos , q nandi ſunt imperiti. M. Quid igitur faciendum erit, vt ſine periculo nauigemus ? CHAR. Ego vobis dicam , nudos vos ingredi oportet , atque iſta omnia quę ſuperflua ſunt,in littore relinque re. Nam ſic etiam vix capiet vos nauicula. Tibi vero Mercuri deinceps curæ erit , neminem ex illis recipere, niſi nudus ſit , & ſupellectilem abiecerit. Itaque ad ipſas ſcalas te ſtatuas, ipſosq; cognoſcito,& ſuſcipito , nudoſq; ingredi cogito. MERCV. Recte dicis , atque ſic faciemus.Quis eſt ille primus ? MENI. Ego Menippus ſum. Ecce autem peram & baculum in paludem abieci , verum recte feci,qui pallium non acceperim. M. Ingredere o Menippe vir optime , primumque apud gubernatorem nauis, locum accipe,in ipſa ſumitate , quo omnes poſ-

ὑμεῖς δὲ , τοσοῦτοι ἅμα πλεῖτε, πολλὰ ἐπιφερόμενοι ἕκαστος. διὸ οὖν μὴ τούτων ἐμβῆτε, δέδια μὴ ὕστερον μεταγνόντες, καὶ μάλιστα ὁπόσοι νεῖν οὐκ ἐπίστασθε. Νε. πῶς οὖν ποιήσαντες, εὐπλοήσομεν; Χά. ἐγὼ ὑμῖν φράσω. γυμνοὺς ἐπιβαίνειν χρὴ, τὰ περιττὰ ταῦτα πάντα ἐπὶ τῆ ἠϊόνος καταλιπόντας. μόγις γὰρ ἂν καὶ οὕτω δέξαιτο ὑμᾶς τὸ πορθμεῖον. σοὶ δ' ὦ Ερμῆ, μελήσει τὸ ἀπὸ τούτου μηδένα παραδέχεσθαι αὐτῶν, ὃς ἂν μὴ φίλος ᾖ, καὶ τὰ ἔπιπλα ὥσπερ ἔφην ἀποβαλών. παρὰ δὲ τὴν ἀποβάθραν ἑστὼς, διαγίνωσκε αὐτοὺς, καὶ ἀναλάμβανε, γυμνοὺς ἐπιβαίνειν ἀναγκάζων. Ερ. εὖ λέγεις. καὶ οὕτω ποιήσωμεν. οὗτος σὺ τίς ὁ πρῶτος ὤν; Μέ. Μένιππος ἔγωγε. ἀλλ' ἰδοὺ ἡ πήρα μοι ὦ Ερμῆ, καὶ τὸ βάκτρον, εἰς τὸν λίμνην ἀποῤῥίφθη. τὸν τρίβωνα δὲ οὐδ' ἐπόμισα, εὖ ποιῶν. Ερ. ἔμβαινε ὦ Μένιππε ἀνδρῶν ἄριστε, καὶ τὴν πρωτοδρίαν ἔχε, παρὰ τὴν κυ-

Cερνή-

βεργήτλω ἐφ' ὑψηλοῦ, ὡς ὑπο-
σκοπῆς ἅπαντας. ὁ καλὸς
δ' οὗτος, τίς ὄζη; Χα. Χαρ-
μόλεως ὁ μεγαρικὸς, ἐπέρα-
σος, οὗ τὶ φίλημα διτάλαν-
τον λῦ. Εμ. ἀπόδυθι τοιγαρ-
οῦν τὸ κάλλος, καὶ τὰ χείλη
αὐτοῖς φιλήμασι, καὶ τὴν κό-
μην τὴν βαθεῖαν, καὶ τὸ ὑπ'
αὐγὴν παρειῶν ἐρύθημα, καὶ τὸ
δέρμα ὅλον. ἔχῃ καλῶς. εὖ-
ζωνος εἶ, ὑπέβαινε ἤδη. ὁ δὲ τ'
πορφυρίδα οὗτοσὶ, καὶ τὸ διά-
δημα, ὁ βλοσυρὸς, τίς ὢν
τυγχάνῃς; Λά. Λάμπιχος,
Γελῴων τύραννος. Εμ. τί οὖν
ὦ Λάμπιχε τοσαῦτα ἔχων
πάρει; Λά. τί οὖν ἐχρῆν ὦ
Ερμῆ, γυμνὸν ἥκειν τύραννον
ἄνδρα; Εμ. τύραννον μὲν οὐδα
μῶς, νεκρὸν δ' μάλα. ὥστε ἀπό-
θου ταῦτα. Λάμ. ἰδού σοι ὁ
πλοῦτος ἀπέρριπται. Εμ. καὶ τ'
τύφον ἀπόρριψον ὦ Λάμπι-
χε, καὶ τ' ὑπερηφάνειαν. βαρήσει γὰρ
τὸ πλοῖον, συνεμπιεσόντα.
Λά. ἀλλὰ τὸ διάδημα
ἔασόν με ἔχειν, καὶ τ' ἐφεστρίδα.
Εμ. οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ ταῦτα
ἄφες

possis intueri. Verum quis ille formosus est? CHA. Charmoleus sum Megarensis ille amator, cui osculum vnum duobus talētis constitit. M. Exue igitur istam pulchritudinē, & labia vna cum osculis, istam etiā densam comam, & genarum ruborem, adeoque totam cutē. Bene se res habet. expeditus es, ingredere nunc. Quis vero ille est purpuratus & diademate præcinctus, grauitatem quandam præ se ferens? Quis es tu? LAMP. Lampichus sum Geloorum tyrannus. M. Quid igitur cum tòt sarcinis veniſti? LAM. Annè nudum aduentare cōueniebat tyrannum? M. Nequaquam tyrannum, sed mortuum, itaque depone ista. LAM. Ecce abieci diuitias. MER. Sed superbiam o Lampiche & fastum etiam abiice, nam ista si in nauiculam coincidant, vehementer grauabunt eam. LAM. Igitur sine vt diadema habeam saltem & stragulum. MER. Nequaquā, imo & hæc relinquito.

LAM.

LA. Sit ita. Quid præterea via? Nam omnia, vt vides, abieci. ME. Crudelitatem etiam, & amentiam, & violentiã, & iracundiam, atque his similia depone. LAMP. Ecce nudus sum. MERCVR. Ingredere nunc. Tu vero pinguis admodũ & carnosus quis es? DA. Damasias ego sum athleta. MERCVR. Certe videris ille esse, scio enim te sæpe in palæstris à me visum. D. Ita est o Mercuri, verum accipe me, nudum existentem. MERCVR. Nequaquã o bone vir, nudus es tanta carne circundatus, itaque exue eam. Nam si vel alterum tantum pedem in nauem posueris, submerges eam. Sed & coronas istas & præconia abiicito. DAMAS. En plane nudus sum, vt vides, & simili cum aliis mortua statura. MER. Sic præstat leuem esse, itaque inscende iam. Et tu o Crato diuitias abiice, præterea molliciem & delicias, neque feras tecum Epitaphia, neque maiorum tuorum dignitates:

ἄφες. Λά. εἶεν. τί ἔτι, πάντα γὰ ἀφῆλα ὡς ὁρᾷς. Ερ. καὶ τὴν ὠμότητα, καὶ τὴν ἄνοιαν, καὶ τὴν ὕβριν, καὶ τὴν ὀργὴν, καὶ ταῦτα ἄφες. Λάμ. ἰδού σοι, ψιλός εἰμι. Ερ. ἔμβαινε ἤδη. σὺ δὲ ὁ παχὺς, ὁ πολύσαρκος, τίς εἶ; Δα. Δαμασίας ἀθλητής. Ερ. ναὶ ἔοικας. οἶδα γάρ σε; πολλάκις ἐν ταῖς παλαίστραις ἰδών. Δα. ναὶ ὦ Ερμῆ. ἀλλὰ πυθόμενός με γυμνὸν ὄντα. Ερ. οὐ γυμνὸν ὦ βέλτιστε, τοσαύτας σάρκας περιβεβλημένον, ὥστε ἀπόδυθι αὐτάς. ἐπὶ καταδύσῃς τὸ σκάφος, τὸν ἕτερον πόδα ὑπερθῇς, μόνον. ἀλλὰ καὶ τοὺς στεφάνους τούτους ἀπόῤῥιψον, καὶ τὰ κηρύγματα. Δα. ἰδού σοι γυμνὸς ὡς ὁρᾷς ἀληθῶς εἰμι, καὶ ἰσοστάσιος τοῖς ἄλλοις νεκροῖς. Ερ. οὕτως ἄμεινον ἀβαρῆ εἶναι. ὥστε ἔμβαινε. καὶ σὺ ὦ τὸν πλοῦτον ὑποθέμενος ὦ Κράτων, καὶ τὴν μαλακίαν δὲ προσέτι, καὶ τὴν τρυφὴν, μὴ δὲ τὰ ἐπιτάφια κόμιζε, μὴ δὲ τὰ

τὰ τῶν προγόνων ἀξιώματα. κατάλιπε ὦ καὶ γῆρυς, καὶ δόξαν, καὶ εἴ ποτέ σε ἡ πόλις ἀνεκήρυξεν, εὐεργέτιν δηλονότι. καὶ τὰς τῶν ἀνδριάντων ἐπιγραφὰς, μηδὲ ὅτι μέγαν τάφον ὑπὲρ σοὶ ἔχωσαν λέγε. βαρύνει γὰρ καὶ ταῦτα μνημόνευσμα. Κα. οὐχ ἑκὼν μέν, ἀπορρίπτω δέ. τί γὰρ ἂν καὶ πάθοιμι; Ερ. βαβαὶ, σὺ μὲν ὁ ἔνοπλος. τί βούλει; ἢ τί τὸ τρόπαιον τοῦτο φέρεις; Σκρα. ὅτι ἐνίκησα ὦ Ερμῆ, καὶ ἠρίστευσα, καὶ ἡ πόλις ἐτίμησέ με. Ερ. ἄφες ἐν γῇ τὸ τρόπαιον. ἐν ᾅδου γὰρ εἰρήνη, καὶ οὐδὲν ὅπλων δεήσει. ὁ σιμὸς δὲ οὗτος ἀπόγε τοῦ σχήματος, καὶ βρενθυόμενος, ὁ τὰς ὀφρῦς ἐπηρκὼς ὑπὲρ τῶν φρενῶν, τίς ἐστιν, ὁ τὸν βαθὺ πώγωνα καθειμένος; Μέ. φιλόσοφός τις ὦ Ερμῆ. μᾶλλον δὲ γόης, καὶ τερατείας μεστός. ὥστε ἀπόδυσον καὶ τοῦτον, ὄψει γὰρ πολλὰ καὶ γελοῖα ὑπὸ τῷ ἱματίῳ κρυπτόμενα. Ερ. κατάθου σὺ τὸ σχῆμα πρῶτον.

tates. Relinque etiam genus, & gloriam, item ciuitatum de quibus scilicet bene meritus es, publica præconia, statuarũ inscriptiones, & dicas, ne tibi magnum sepulchrum construant, nam & hæc grauant, si in memoriam reuocentur. C. Inuitus certè, sed tamẽ abiiciam, quid faciam? MER. Papæ, Quid tibi vis armatus? aut quid istud trophæum tecum circumfers? CRA. Quia vici Mercuri, & res præclaras gessi, propterea ciuitas hoc me honore affecit. MER. Relinq; trophæum in terra, apud inferos enim pax est, neque vllis armis opus est. Verum quis ille est, ipso habitu grauitatem quandã præ se ferens, elatus & contractis superciliis, propter curas, longa barba, quis est ipse? MEN. Philosophus quidam est o Mercuri, imo præstigiorum & nugarum plenus. Itaque & hunc exue, videbis enim multa, eaque ridicula, sud palliolo occulta esse. M. Depone tu hunc habitum pri-

primum, deinde hæc quo que omnia. O Iupiter, quantam ille arrogantiam, quantam inſcitiam, & quantum contentionū & inanis gloriæ, quantū quæſtionum dubiarum, quantum ſpinoſarum diſputationum, & cogitationum perplexarum, circumfert ? imo quam multos vanos labores, & deliramenta non pauca, quantas item nugas, & quantam curioſitatem. Sed per Iouem aurum et iam hoc, & voluptatē, & impudentiam, iracundiam, delitias & mollitiem ſecum habet, neq; enim latent me iſta, etiamſi ſtudioſe celas. Verum abiice mendacia et iam & ſuperbiam, & opinionem illam, qua exiſtimas te præſtantiorem eſſe omnibus reliquis. Nam ſi cum reb. omnib. ingrediaris, quæ quinqueremis te acciperet? PHIL. Depono igitur ea, quandoquidem ſic iubes. MENIP. Sed & barbā hanc deponat M. grauem equidem & hirſutam vt vides, capilli ſunt trium minarum ad mi-

τον. εἶτα καὶ ταυτὶ πάντα, ὦ Ζεῦ, ὅσην μὴν τὴν ἀλαζονίαν κομίζει, ὅσην δὲ ἀμαθίαν, καὶ ἔριν, καὶ κενοδοξίαν, καὶ ἐρωτήσεις ἀπόρους, καὶ λόγους ἀκανθώδεις, καὶ ἐννοίας πολυπλόκους; ἀλλὰ καὶ ματαιοπονίαν μάλα πολλήν, καὶ λῆρον οὐκ ὀλίγον, καὶ ὕθλους, καὶ μικρολογίαν. νὴ Δία καὶ χρυσίον γε τουτὶ, καὶ ἡδυπάθειαν δὲ, καὶ ἀναισχυντίαν, καὶ ὀργήν, καὶ τρυφήν, καὶ μαλακίαν. οὐ λέληθε γάρ με, εἰ καὶ μάλα πεπειρᾶσαι αὐτά. καὶ τὸ ψεῦδος δὲ ἀπόθου, καὶ τὸν τύφον, καὶ τὸ οἴεσθαι ἀμείνων εἶναι τῶν ἄλλων. ὡς εἴγε πάντα ταῦτα ἔχων ἐμβαίνοις, ποῖα πεντηκόντορος δέξαιτο ἄν σε; ΦΙΛ. Ἀποτίθεμαι τοίνυν αὐτὰ, ἐπείπερ οὕτω κελεύεις. ΜΕ. ἀλλὰ καὶ τὸν πώγωνα τοῦτον ἀποθέσθω ὦ Ἑρμῆ, βαρύτατα ὄντα, καὶ λάσιον ὡς ὁρᾷς. πέντε μνῶν πίχεις εἰσὶ τοὐλάχι-

λάχισον. Ερ. οὖ λέγεις. Ἀπόδου ϗ τοῦτον. Φιλ. ϗ τὶς ὁ ἀποκείρων ἔσαι; Ερ. Μένιππος οὑτοσὶ, λαβὼν πέλεκυν τῆς ναυπηγικῶν, ἀποκόψει αὐτὸν ἐπικόπῳ τῇ ἀναβάθρᾳ χρησάμενος. Μέ. οὐκ ὦ Ερμῆ, ἀλλὰ φρίονά μοι ἀνάδος. γελοιότερον γὰρ τοῦτο. Ερμ. ὁ πέλεκυς ἱκανός. Μέ. οὖγε. ἀνθρωπινώτερον γὰρ νῦν ἀναφέρηνας, ἀποθέμενος αὐτοῦ πρὼ κινάβραν. βούλει μικρὸν ἀφέλωμαί σου ϗ τῆς ὀφρύων; Ερμ. μάλιστα. ὡς ἐπὶ τὸ μέτωπον γάρ ϗ ταύτας ἐπῆρκεν, οὐκ οἶδ' ἐφ' ὅτῳ ἀναστείνων ἑαυτόν. τί τοῦτο; ϗ δακρύεις ὦ κάθαρμα, ϗὰ φρὸς θάνατον ἀποδειλιᾷς; ἔμβηθι δ' οὖν. Μέ. ἓν ἔτι τὸ βαρύτατον ὑπὸ μάλης ἔχει. Ερ. τί ὦ Μένιππε; Μέ. κολακίαν ὦ Ερμῆ, πολλὰ ἐν τῷ βίῳ χρησιμεύσασαν αὐτῷ. Φιλ. οὐκοῦν ϗ σὺ ὦ Μένιππε, ἀπόθου πρὼ ἐλευθερίαν, ϗ παῤῥησίαν, ϗ τὸ ἄλυπον, ϗὰ τὸ γενναῖον, ϗ τὸν

minus. MER. Bene dicis. Depone & illam. P. Sed quis abradet? ME. Menippus ille ſecurim accipiens, quibus naues fabricantur, eam reſecabit, vtetur autem ſcalis naualibus, quibus ſuper poſita barba reſecetur. MENIP. Nequaquam Mercuri, ſed da mihi ſerram, hoc enim erit magis ridiculum. MERCV. Sufficit bipennis. MEN. Euge, Humanior nunc appares, depoſito hircino fœtore, vis ne vt parum etiam de ſuperciliis auferam? MERCVR. Maxime: Nã has ſuper frontem etiam attollit, neque ſcio quo ſeipſum extendat. Quid hoc rei eſt? Etiam ploras ſceleſte? & mortem times? ingredere igitur. MENIP. Vnum quidd adãhuc grauiſſimum geſtat ſub alis. MERC. Quid Menippe? MEN. Adulationem, Mercuri, quæ illi dum viueret, multum profuit. PHI. Igitur & tu Menippe, tuam abiice libertatem, & loquẽdi audaciam, lætitiam, animi magnitudinem, &

risum. An tu solus alios omnes ridebis? MERCVRI. Nequaquam, sed retine ista, leuia enim sunt & plane facilia portatu, & ad nauigandum prosunt. Tu vero Rhetor, abiice istam tantam verborum contradictionem & antitheses, & similitudines, item periodos & Barbarismos, atq; alia sermonis pondera. RH. En abiicio. MERCV. Bene se habent res. Itaque solue funem, attollamus scalas, attrahatur anchora, expande velũ, tuque nauta clauum dirige, Simus hilares qd ploratis o vos amantes? p̃sertim tu Philosophe, qui paulo ante tua barba spoliat⁹es. PH. Quia existimabam immortalẽ esse animam. MENIP. Mentitur, nã alia sunt, quæ videntur eum mœrore afficere. MERCV. Qualia? MEN. Quia nõ amplius tam opiparas cœnas habebit, neq; noctu exiens, clam omnib. circumuoluto palliolo capiti, ordine omnia accedet scorta, nec mane deceptis adolescentibus sua

τ̃ γέλωτα. μόνος γοῦν τ̃ ἄλλων γελᾷς; Ερμ. μηδαμῶς. ἀλλὰ καὶ ἔχε ταῦτα, κοῦφα γὰρ καὶ πάνυ εὔφορα ὄντα, καὶ πρὸς τ̃ κατάπλοιν χρήσιμα. καὶ ὁ ῥήτωρ δὲ σὺ, ἀπόθου τ̃ ῥημάτων τὴν τοσαύτην ἀπεραντολογίαν, καὶ ἀντιθέσεις, καὶ παρισώσεις, καὶ περιόδους, καὶ βαρβαρισμοὺς, καὶ τἄλλα βάρη τ̃ λόγων. Ρη. ἦν, ἰδοὺ ἀποτίθεμαι. Ερ. εὖ ἔχει, ὡς τε λύε τὰ ἀπόγεια. τὴν ἀποβάθραν ἀνελώμεθα. τὸ ἀγκύριον ἀναπάσθω. πέτασον τὸ ἱστίον. εὔθυνε ὦ πορθμεῦ τὸ πηδάλιον. εὖ πάθωμεν. τί οἰμώζετε ὦ μάταιοι, καὶ μάλιστα ὁ φιλόσοφος σὺ, ὁ ἀρτίως τ̃ πώγωνα δεδηωμένος; Φιλο. ὅτι ὦ Ερμῆ ἀθάνατον ᾤμην τ̃ ψυχὴν ὑπάρχειν. Με. ψεύδεται. ἄλλα γὰρ ἔοικε λυπεῖν αὐτόν. Ερ. τὰ ποῖα; Με. ὅτι μηκέτι δειπνήσει πολυτελῆ δεῖπνα. μηδ' νύκτωρ ἐξιὼν, ἅπαντας λανθάνων, τῷ ἱματίῳ τ̃ κεφαλὴν κατειλήσας, περίεισιν ἐν κύκλῳ τὰ χαμαιτυπεῖα

σεῖα, καὶ ἔωθεν ἐξαπατᾷς τοὺς νέους ὅτι τῇ σοφίᾳ, ἀξ-γύριον λήψῃ. ταῦτα λυπεῖ αὐτόν. Φιλ. σὺ γὰρ ὦ Μένιππε, οὐκ ἄχθη ἀποθανών; Με. πῶς, ὃς ἔσπευσα ὅτι τ' θανάτον, κἀλέσαντος μηδενός; ἀλλὰ μεθαξὺ λόγων, οὐ βοαυγή τις ἀκούεῖ, ὥσπερ τινῶν ἀπὸ γῆς βοώντων; Ερ. καὶ ὦ Μένιππε. οὐκ ἀφ' ἑνός γε χώρου. ἀλλ' οἱ μὲν ἐς τὸν ἐκκλησίαν συνελθόντες, ἅσμενοι γελῶσι πάντες ὅτι τῷ Λαμπίχου θανάτῳ, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ συνέχεῖ πρὸς τὰς γυναικῶν, καὶ τὰ παιδία νεογνὰ ὄντα, ὁμοίως κἀκεῖνα ἀπὸ τ' παίδων βάλλεται ἀφθόνοις τοῖς λίθοις. ἄλλοι δ' Διόφαντον τ' ῥήτορα ἐπαινοῦσιν ἐν Σικυῶνι, ἐπιταφίους λόγους διεξόντα ὅτι Κράτωνι τούτῳ. καὶ νὴ Δία γε, ἡ Δαμασίου μήτηρ κωκύουσα, ἄρχει τοῦ θρήνου σὺν γυναιξὶν ὅτι τῷ Δαμασίᾳ. σὲ δ' οὐδεὶς ὦ Μένιππε δακρύει, κἀθ' ἡσυχίαν δὴ κεῖσαι μόνος.

Μέν.

sua sapientia, pecuniam accipiet, hæc sunt quæ illi dolent. PHI. An tibi molestum non est, Menippe, quod mortuus es? MEN. quomodo posset esse molestum mihi, qui ad mortem festinaui, nemine vocante. Verum nonne clamor quidam interim dum nos confabulamur; exauditus est? veluti quorundam in terra vociferantium? ME. Certe Menippe, verum non vno tantum loco exauditur clamor, sed quidam in vnum cœtum cõuenientes, cum voluptate derident mortuũ Lampichum, & illius vxorẽ mulieres circumstrepũt, atque illius pueri nupet admodum geniti, multis lapidibus a pueris obruuntur. Quidam Diophãtum Rhetorem laudant in Sicyone funebres orationes recitantem; de hoc Cratone. & per Iouem Damasiæ mater vlulans, lamentationem inceptat vna cum mulieribus pro Damasia. Te vero, Menippe, nemo est q, deploret, & trãquillus iaces solus.

MENIP-

pus. Nequaquam, nam haud ita multo post, audies canes miserabiliter latrantes propter me, & coruos alas cõcutientes quando ad sepeliendum me conuenient. MER. Fortis es Menippe. Sed quia iam transfretauimus, abite vos recta per hanc viam ad forum iudiciale. Ego vero & nauta alios trãsuectabimus. MENIP. Feliciter nauigate o Mercuri, nos quoque progrediemur. Verum quid præterea de nobis futurum est? Iudicium de nobis ferri oportebit, & quidem aiũt pœnas esse graues, rotas aquilas, & lapides, vniuscuiusque autem vita examinabitur.

Μέ. οὐδαμῶς, ἀλλ' ἀκούσῃ τῶν κυνῶν μετ' ὀλίγον ὠρυομένων οἰκτρὸν ἐπ' ἐμοὶ, καὶ τῶν κοράκων τυπτομένων τοῖς πτεροῖς, ὁπότ' ἂν συνελθόντες θάπτωσί με. Ερ. γενναῖος εἶ ὦ Μένιππε. ἀλλ' ἐπεὶ καταπεπλεύκαμεν ἡμεῖς, ὑμεῖς μὲν ἄπιτε πρὸς τὸ δικαστήριον, εὐθεῖαν ἐκείνην προϊόντες. ἐγὼ δὲ, καὶ ὁ πορθμεὺς, ἄλλους μεθελκύσομεν. Μέ. εὐπλοεῖτε ὦ Ερμῆ. προΐωμεν δὲ καὶ ἡμεῖς. τί οὖν ἔτι καὶ μέλλετε; δικαιῶναι δεήσει. καὶ τὰς καταδίκας φασὶν εἶναι βαρείας, τροχοὺς, καὶ γύπας, καὶ λίθους. δειχθήσεται δὲ ὁ ἑκάστου βίος.

Cratetis & Diogenis.

Mœrichum diuitem, noueras ne Diogenes? illum, inquam, supra modum diuitem, illum Corintho profectũ, cui tot erant naues onustæ mercibus, cuius consobrinus Aristeas quum ipse quoque dives esset, Home-

Κρατήτου καὶ Διογένους.

Μοίριχον τὸν πλούσιον, ἐγίνωσκες ὦ Διόγενες, τὸν ὑπέρπλουτον, τὸν ἐκ Κορίνθου, τὸν τὰς πολλὰς ὁλκάδας ἔχοντα, οὗ ἀνεψιὸς Αριστέας, πλούσιος καὶ αὐτὸς ὤν; τὸ ὁμη-

ὁμηρικὸν ἐκεῖνο εἰώθῃ ὀπλέγειν, ἢ μ' ἀνάειρε ἢ ἐγώ σε. Διο. τίνος ἕνεκα ὦ Κράτης, ἐθεράπευον ἀλλήλους; Κρα. τοῦ κλήρου ἕνεκα ἑκάτερος, ἀλικιῶται ὄντες. καὶ τὰς διαθήκας ἐς τὸ φανερὸν, ἐτίθεντο. Ἀρισέαν μὲν ὁ Μοίριχος εἰ προαποθάνοι, διαιτῶν ἀφιεὶς τῶν ἑαυτοῦ πάντων. Μοίριχον δὲ ὁ Ἀρισέας, εἰ προαπέλθοι αὐτοῦ. ταῦτα μὲν ἐγέγραπτο. οἱ δὲ, ἐθεράπευον ἀλλήλους, ὑπερβαλλόμενοι τῇ κολακείᾳ. καὶ οἱ μάντεις, εἴτε ἀπὸ τῶν ἄστρων τεκμαιρόμενοι τὸ μέλλον, εἴτε ἀπὸ τῶν ὀνειράτων, ὡς γε Χαλδαίων παῖδες, ἀλλὰ καὶ ὁ Πύθιος αὐτὸς, ἄρτι μὲν Ἀρισεῖ παρεῖχε τὸ κράτος, ἄρτι δὲ Μοιρίχῳ. καὶ τὰ τάλαντα, ποτὲ μὲν ἐπὶ τοῦτον, νῦν δ' ἐπ' ἐκεῖνον ἔῤῥεπε. Διο. τί οὖν πέρας ἐγένετο ὦ Κράτης; ἀκοῦσαι γὰρ ἄξιον.

Homericum illud in ore ſolebat habere: Aut me confice tu, aut ego tete. Dio. Cuius rei gratia ſeſe captabant inuicem Crates? Cra. Hæreditatis cauſa, quum eſſent æquales, vterque alterū captabant. Iamque teſtamenta publicauerant ambo, in quibus Mœrich⁹ (ſi prior moreretur) Ariſteam omniū rerum ſuarum dominum relinquebat: Mœrichum viciſſim Ariſteas, ſiquidem ipſe prior e vita decederet. Hæc igitur quum eſſent in tabulis ſcripta, illi inter ſeſe captabant & alter alterum adulationibus obſequiiſq; ſuperare contēdebat. Porro diuini, haud ſcio vtrum ex aſtris id quod futurum ſit coniectātes, an ſomniis, quemadmodum Chaldæi faciunt, quin & Pythius ipſe, nūc Ariſteam victorem fore pronunciabat, nunc Mœrichum, ac trutina quidem interim ad hunc, interim ad illum propendebat. Dio. Quid igitur tandem euenit? nam audire eſt operæprecium

Crates. CRA. Eodem die mortui ſunt ambo, cæterum hæreditates ad Eunomium ac Thraſyclem deuenerunt, quorũ vterque cognatus illis erat, atqui de his nihil prædixerant diuini futurum, vt tale quippiam accideret. Etenim quũ Sicyone Cirrham verſus nauigarent, medio in curſu, obliquo oito Iapyge, euerſa naui perierunt. DIOG. Recte factum, at nos cum in vita eſſemus, nihil eiuſmodi alter de altero cogitabamus. Neque enim ego vnquam optabam vt moreretur Antiſthenes, quo nimirum baculus illius ad me rediret hæreditem, neque tu Crates opinor, deſiderabas vt me mortuo, in poſſeſſionum mearum ſucceſſionem venires, puta dolii ac peræ, in qua quidem lupini chœnices inerant duæ. CR. Neque enim mihi quicquam iſtis reb. erat opus, imo ne tibi quidem Diogenes, ſiquidem quæ ad rem pertinebant, quæq; tu Antiſthenis ſuccedens accepiſti, de-

ἄξιον. Κρα. ἄμφω τεθνᾶσιν ὅτι μιᾶς ἡμέρας. οἱ δὲ κλῆροι, ἐς Εὐνόμιον καὶ Θρασικλέα περιῆλθον, ἄμφω συγγενεῖς ὄντας, οὐδὲ πώποτε προμαντευομένους οὕτω γενέσθαι ταῦτα. διαπλέοντες γὰρ ὑπὸ Σικυῶνος ἐς Κίρρᾶν, κατὰ μέσον τὸν πόρον πλαγίῳ πνεύσαντες πνεύματι Ἰάπυγι, ἀνετράπησαν. Διο. εὖ ἐποίησαν, ἡμεῖς δὲ, ὁπότε ἐν τῷ βίῳ ἦμεν, οὐδὲν τοιοῦτοι ἐνενοοῦμεν περὶ ἀλλήλων, οὔτε πώποτε εὐξάμην Ἀντισθένην τεθνεῶτα, ὡς κληρονομήσαιμι τῆς βακτηρίας αὐτοῦ. εἶχεν δὲ φαύλου καρτερεῖν ἕνεκα κοτίνου ποιησάμενος. οὔτε οἶμαι σὺ ὦ Κράτης ἐπεθύμεις κληρονομεῖν τεθνεῶτος ἐμοῦ, τὰ κτήματα, καὶ τὸν πίθον, καὶ τὴν πήραν, χοίνικας δύο θέρμων ἔχουσαν. Κρά. οὐδέν γάρ μοι τούτων ἔδει. ἀλλ' οὐδὲ σοὶ ὦ Διόγνης. ἃ γὰρ ἐχρῆν, σύ τε Ἀντισθένους ἐκληρονόμησας, καὶ

καὶ ἐγὼ σοὶ, πολλῷ μείζω καὶ σεμνότερα τῆς Περσῶν ἀρχῆς. Διο. τίνα ταῦτα φῄς; Κρα. σοφίαν, αὐτάρκειαν, ἀλήθειαν, παῤῥησίαν, ἐλευθερίαν. Διο. νὴ Δία μέμνημαι. τοῦτον διαδεξάμενος τὸν πλοῦτον παρ' Αντισθένους, καὶ σοὶ ἔτι πλείω καταλιπών. Κρα. ἀλλ' οἱ ἄλλοι ἠμέλουν τῶν τοιούτων κτημάτων, καὶ οὐδεὶς ἐθεράπευεν ἡμᾶς, κληρονομήσειν προσδοκῶν. ἐς δὲ τὸ χρυσίον πάντες ἔβλεπον. Διογένης. εἰκότως. οὐ γὰρ εἶχον ἔνθα δέξαιντο τὰ τοιαῦτα παρ' ἡμῶν, διῤῥυηκότες ὑπὸ πλυφῆς, καθάπερ τὰ σαθρὰ τῶν βαλαντίων. ὥστε εἴποτε καὶ ἐμβάλλοι τις ἐς αὐτοὺς ἢ σοφίαν, ἢ παῤῥησίαν, ἢ ἀλήθειαν, ἐξέφυσεν εὐθὺς, καὶ διέῤῥει, τοῦ πυθμένος σέγειν οὐ δυναμένου, οἷόν τι πάσχου-

deinde ego succedens tibi ea nimirũ multo sunt potiora, multoque splendidiora, quam vel Persarum imperium. Dio. Quænam sunt illa quæ dicis? Cra. Sapientiã, inquam, frugalitatem, veritatem dicendi, viuẽdique libertatem. Dio. Per Iouem memini me in istiusmodi opum hæreditatem Antisthenis successisse, tibique eas longe etiam maiores reliquisse. Cr. Verum reliqui mortales hoc possessionum genus aspernabãtur, neq; quisquam nos ob spem potiundę hęreditatis obsequiis captabat, sed ad aurũ omnes intendebant oculos. D. Nec iniuria, neq; enim habebant, quo facultates eiusmodi a nobis traditas acciperent, quippe rimosi iam, viciatiq; deliciis, non aliter quam vasa carie putrida. Quo fit, vt si quando quis in illos infundat vel sapiẽtiam, vel libertatem, vel veritatem, effluat illico perstilletque, fundo qđ̄ immissum est continere non valente, cuiusmo-

di quiddam & Danai filiabus aiunt accidere, dum in doliū pertuſum hauſtam aquam important, at iidem aurum dē tibus & vnguibus, omnique vi ſeruabant: CR. Proinde nos hic quoque noſtras poſſidebimus opes, illi ſimul atque huc venerint, obulum duntaxat ſecū ferent, ac ne hunc quidem vlterius q̄ ad portitorem.

χουσιν αἱ τοῦ Δαναοῦ θυγατρες παρθένοι, ἐς τὸν τέρετρον πιθον ἐπαντλοῦσαι. τὸ δὲ χρυσίον, ὀδοῦσι, καὶ ὄνυξι, καὶ πάσῃ μηχανῇ ἐφύλαττον. Κρα. οὐκουν ἡμεῖς μὲν ἕξομεν κἀνταῦθα τὸν πλοῦτον. οἱ δὲ ὀβολὸν μόνον ἕξουσι κομίζοντες, καὶ τοῦτον ἄχρι τοῦ πορθμέως.

Alexander, Hannibal, Minos, Scipio.

Αλεξανδρου, Αννίβου, Μινῶος, καὶ Σκιπίωνος.

O Libyce, me decet præponi, melior equidē ſum. HAN. Imo vero me. ALE. Iudicet ergo Minos, qui ſemper iuſtiſſimus iudex eſt habitus. MIN. Quis es tu? AL. Hic eſt Hannibal Carthaginenſis, ego autem Alexāder Philippi regis filius. MIN. Per Iouem vtriq; glorioſi. Sed qua de re vobis altercatio eſt? ALE. De præſtantia, dicit enim is ſeſe meliorem quam ego ducem exercitus fuiſſe. ego vero quemadmodū omnes ſci-

Ἐμὲ δεῖ προκεκρῖσθαί σου ὦ Λίβυ. ἀμείνων γάρ εἰμι. Αν. οὐμενοῦν, ἀλλ' ἐμέ. Αλε. οὐκουν ὁ Μίνως δικαστάτω. Μι. τινές δ' ἐστέ. Αλε. οὗτος μὲν, Αννίβας ὁ καρχηδόνιος. ἐγὼ δὲ, Αλέξανδρος ὁ Φιλίππου. Μι. νὴ Δία ἔνδοξοί γε ἀμφότεροι. ἀλλὰ περὶ τίνος ὑμῖν ἡ ἔρις; Αλέξαν. περὶ προεδρίας. φησὶ γὰρ οὗτος ἀμείνων γεγῶσθαι στρατηγὸς ἐμοῦ. ἐγὼ δὲ, ὥσπερ ἅπαντες ἴσα-

ἴσασιν, οὐχὶ τούτου μόνον, ἀλλὰ πάντων σχεδὸν τῶν πρὸ ἐμοῦ φημὶ διενεγκεῖν τὰ πολέμια. Μι. οὐκοῦν ἐν μέρει ἑκάτερος εἰπάτω. σὺ δὲ πρῶτος ὁ λίβυς λέγε. Αν. ἓν μὲν τοῦτο ὦ Μίνως ὠνάμην, ὅτι ἐνταῦθα καὶ τὴν ἑλλάδα φωνὴν ἐξέμαθον, ὥστε οὐδὲ ταύτῃ πλέον οὗτος ἐνέγκαιτό μου. φημὶ δὲ τούτους μάλιστα ἐπαίνου ἀξίους εἶναι, ὅσοι τὸ μηδὲν ἐξ ἀρχῆς ὄντες, ὅμως ἐπὶ μέγα προεχώρησαν, δι' αὐτῶν δυνάμιν τε περιβαλλόμενοι, καὶ ἄξιοι δόξαντες ἀρχῆς. ἐγὼ γοῦν μετ' ὀλίγων ἐξορμήσας ἐς τὴν Ιβηρίαν, τὸ πρῶτον, ὕπαρχος ὢν τῷ ἀδελφῷ, μεγίστων ἠξιώθην, ἄριστος κριθείς. καὶ τούγε Κελτίβηρας εἷλον, καὶ Γαλατῶν ἐκράτησα τῶν ἑσπερίων, καὶ τὰ μεγάλα ὄρη ὑπερβὰς, τὰ περὶ τὸν Ηριδανὸν, ἅπαντας κατέδραμον. καὶ ἀναστάτους ἐποίησα τοσαύτας πόλεις, καὶ τὴν πεδινὴν Ιταλίαν ἐχειρησάμην, καὶ μέχρι τῶν προαστείων τῆς προὐχούσης πόλεως ἦλθον.

sciunt, non hoc solum, sed omnibus ferme, qui ante meam ætatem fuere, in re militari, pstantiorem me esse affirmo. MIN. Dicat ergo vterque vicissim pro virili, tu vero o Libyce prius loquaris. HANNI. Vnum hoc me iuuat, quod & hic sermonem Græcum didicerim, vt neque etiam hac in re Alexander me superet. Porro illos maxime laudis dignos puto, qui quum parui a principio fuere, propria virtute ad magnam gloriam euasere, potentesque per se ipsi facti, & principatu digni habiti. Ego igitur cum paucis quidusdam Hispaniam primum inuadens, quũ subconsul essem, fratri additus, maximis rebus idoneus atque optimus iudicatus. Ibi tum Celtiberos cepi, atque Gallos ipsos deuici. Et quũ magnos montes transmigrassem, omnem Eridanum transcurri, multasq; ciuitates euerti, & planã Italiã subiugaui, & vsque ad suburbia Romæ grassatus sum, totq;

vno die Romanos cecidi, vt annulos eorum modis mensurari oportuerit, & ex cadauerib. pontes fluminibus fecerim. Atq; hæc omnia peregi, nec Ammonis dictus filius, neque deum me fingens, aut matris insomnia narrans, sed me hominem fatebar, pugnabamque contra duces magna prudentia, contra milites magna audacia atq fortitudine præditos. Non aduersus Medos, aut Armenios, qui antequam quispiam sequatur, fugiunt, & facile cuiuis audēti victoriā tradunt. Alexander vero regni patris successor & id fortunæ quodā impetu amplianit Qui quū deuicto misero illo Dario, apud Issum & Arbela victoriam cepit, antiquam ex patre consuetudinem omittens, adorari sese voluit, seseque a Medorum delicias inuitari libenter tulit, atq; in cōuiuiis amicos interemit, interficientibusque auxilium tulit. Ego autem patriæ dominat' sum; quæ quum me reuoca-

ἦλθον ϗ τοσούτους ἀπέκτεινα μιᾶς ἡμέρας, ὥστε τοὺς δακτυλίους αὐτῶν μεδίμνοις ἀπομετρῆσαι, ϗ τοὺς ποταμοὺς γεφυρῶσαι νεκροῖς. ϗ ταῦτα πάντα ἔπραξα, οὔτε Ἀμμωνος υἱὸς ὀνομαζόμενος, οὔτε θεὸς εἶναι προποιούμενος, ἢ ἐνύπνια τῆς μητρὸς διηγούμενος, ἀλλ' ἄνθρωπος εἶναι ὁμολογῶν, πολεμίοις τε τοῖς στασιώταις ἀντεξιάζόμενος, ϗ πολιώτατοις τοῖς μαχιμωτάτοις συμπλεκόμενος. οὐ Μήδους ϗ Ἀρμενίους καταγωνιζόμενος ἀποφεύγοντας, πρὶν διώκειν τινὰ, ϗ τὸ τολμῆσαι παραδιδόντας σύθὺ τὸ νικᾶν. Ἀλέξανδρος δὲ, πατρῴων ἀρχὴν παραλαβὼν, αὔξησε, ϗ παραπολὺ ἐξέτεινε, χρησάμενος τῇ τῆς τύχης ὁρμῇ. ἐπεὶ δ' οὖν ἐνίκησέ τε, ϗ τὸν ὄλεθρον ἐκεῖνον Δαρεῖον ἐν Ἰσσῷ τε ϗ Ἀρβήλοις ἐμέρτησεν, ὅσους τῶν πάλαι, πρόσκωμεῖσθαι ἄξιον. ϗ δίαιταν τὴν μηδικὴν μετεδιήτησεν ἑαυτῷ. ϗ ἐμιαιφόνει ἐν τοῖς συμποσίοις τοὺς φίλους, ϗ σωτελάμενος

Caesar

βανεν ἐπὶ θανάτῳ. ἐγὼ δὲ ἦρξα ἐπίσης τῆς πατρίδος. καὶ ἐπειδὴ μετεπέμπετο, τῶν πολεμίων μεγάλῳ στόλῳ ἐπιπλευσάντων τῆς Λιβύης, ταχέως ὑπήκουσα. καὶ ἰδιώτην ἐμαυτὸν παρέσχον. καὶ καταδικασθεὶς, ἤνεγκα εὐγνωμόνως τὸ πρᾶγμα. καὶ ταῦτ' ἔπραξα, βάρβαρος ὢν, καὶ ἀπαίδευτος παιδείας τῆς ἑλληνικῆς. καὶ οὔτε Ὅμηρον, ὥσπερ οὗτος, ἐῤῥαψάδουν, οὔτε ὑπ' Ἀριστοτέλει τῷ σοφιστῇ παιδευθεὶς, μόνῃ δὲ τῇ φύσει ἀγαθῇ χρησάμενος. ταῦτά ἐστιν, ἃ ἐγὼ Ἀλεξάνδρου ἀμείνων φημὶ εἶναι. εἰ δ' ἔστι καλλίων οὑτοσὶ, διότι διαδήματι τὴν κεφαλὴν διεδέδετο. Μακεδόσι μὲν ἴσως καὶ ταῦτα σεμνὰ, οὐ μὴν διὰ τοῦτ' ἀμείνων δόξειεν ἂν γενναίου καὶ στρατηγικοῦ ἀνδρὸς, τῇ γνώμῃ πλέον ἤπερ τῇ τύχῃ κεχρημένου. Μί. ὁ μὲν εἴρηκεν οὐκ ἀγεννῆ τὸν λόγον, οὐδ' ὡς λίβυν εἰκὸς ἦν ὑπὲρ αὐτῶν. σὺ δὲ ὦ Ἀλέξανδρε, τί πρὸς ταῦτα φῄς; Αλ. ἐχρῆν μὲν ὦ Μίνως, μηδὲν πρὸς ἄνδρα, οὕτω θρα-

reuocaret, hostium magna classe aduersus Lybiam nauigante, parui, cōtinuoque me hominem priuatum dedi, & damnatus æquo animo rem tuli. Atque hæc egi barbarus cum essem, omnisque Græcorum disciplinæ expers, & neque Homerum, vt hic, edidici, neque Aristotele sophista magistro erudit⁹ fui, sed solū mea natura optima sum vsus. Hæc sunt quibus me meliorem Alexandro esse puto. Si vero ea causa mihi hic præferendus est, quod caput diademate ornauerit, id decorum forsan apud Macedones est, non tamen ob id præstantior hic videri debet generoso duce, & viro, qui mētis sententia magis quā fortuna est vsus. MIN. Hic certe orationem neque ingenerosam, neque vt Libycum decebat, dixit: tu vero Alexander, quid ad hæc inquis? ALEXAN. Oportet quidē o Minos, homini adeo temerario nihil respondere. Sola enim te fama satis edocere potest, qua lis

lis ego rex, qualis hic latro habitus fuerit. Aduerte tamen, an parum ipsum superauerim, qui cum adolescens adhuc essem rem aggressus, regnũ obtinui, & de patris mei interemptorib. supplicium sumpsi. At quũ Thebas subuertissem, toti Græciæ terror fui, ab ea dux electus. Neque dignum putaui, Macedonum regno me contentum esse, quod pater reliquerat, sed totum terrarum orbem sitiui, durumque putans, nisi rerum omnium dominus essem, paucos quosdam mecum agens, in Asiã, exercitum traduxi, & apud Granicum magna pugna vici Lydiam, Ioniam, & Phrygiam cepi. Et tandem quæcunque transierã subiugans, veni ad Issum, vbi Darius me expectabat, infinitos exercitus secum agens. Post hæc o Minos, vos ipsi scitis, quot ad vos vno die mortuos miserim. Dicit enim Charon, tũc sibi scapham non suffecisse, sed ratibus compositis, illorum plerosque se

θρασύν. ἱκανὴ γὰρ ἡ φήμη διδάξαι σε. οἷος μὲν ἐγὼ βασιλεὺς, οἷος δὲ οὗτος λῃστὴς ἐγένετο. ὅμως δὲ ὅρα εἰ κατ' ὀλίγον αὐτὸν διήνεγκα. ὃς νέος ὢν ἔτι, παρελθὼν ἐπὶ τὰ πράγματα, καὶ τὴν ἀρχὴν τεταραγμένην κατέσχον, καὶ τοὺς φονέας τοῦ πατρὸς μετῆλθον, καταφοβήσας τὴν Ἑλλάδα τῇ Θηβαίων ἀπωλείᾳ, στρατηγὸς ὑπ' αὐτῶν χειροτονηθείς. καὶ οὐκ ἠξίωσα τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν περίεπων, ἀγαπᾶν ἄρχειν ὁπόσων ὁ πατὴρ κατέλιπεν, ἀλλὰ πᾶσαν ἐπινοήσας τὴν γῆν, καὶ δεινὸν ἡγησάμενος εἰ μὴ ἁπάντων κρατήσαιμι, ὀλίγους ἄγων ἐσέβαλον ἐς τὴν Ἀσίαν καὶ ἐπί τε Γρανικῷ ἐκράτησα μεγάλῃ μάλῃ, καὶ τὴν Λυδίαν λαβὼν, καὶ Ἰωνίαν, καὶ Φρυγίαν. καὶ ὅλως τὰ ἐν ποσὶν ἀεὶ χειρούμενος, ἦλθον ἐπὶ Ἰσσὸν, ἔνθα Δαρεῖος ὑπέμενε, μυριάδας πολλὰς στρατὸν ἄγων. καὶ τὸ ἀπὸ τούτου ὦ Μίνως, ὑμεῖς ἴστε ὅσους ὑμῖν νεκροὺς ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας κατέπεμψα. φησὶ γοῦν ὁ πορθμεὺς,

μεὺς, μὴ διαρκέσαι αὐτοῖς τότε τὸ σκάφος, ἀλλὰ σχεδίας διαπηξαμένους τοὺς πολλοὺς αὐτῶν, διαπλεῦσαι. καὶ ταῦτα δὲ ἔπραττον αὐτὸς προκινδυνεύων, καὶ τιτρώσκεσθαι ἀξιῶν. καὶ ἵνα σοι μὴ τὰ ἐν Τύρῳ, μηδὲ τὰ ἐν Αρβήλοις διηγήσομαι, ἀλλὰ καὶ μέχρις Ινδῶν ἦλθον, καὶ τὸν Ὠκεανὸν ὅρον ἐποιησάμην τῆς ἀρχῆς. καὶ τοὺς ἐλέφαντας αὐτῶν εἷλον, καὶ Πῶρον ἐχειρωσάμην. καὶ Σκύθας δὲ, οὐκ εὐκαταφρονήτους ἄνδρας, ὑπερβὰς τὸν Τάναϊν, ἐνίκησα μεγάλῃ ἱππομαχίᾳ. καὶ τοὺς φίλους εὖ ἐποίησα, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἠμυνάμην. εἰ δὲ καὶ θεὸς ἐδόκουν τοῖς ἀνθρώποις, συγγνωστοὶ ἐκεῖνοι παρὰ τὸ μέγεθος τῶν πραγμάτων, καὶ τοιοῦτόν τι πιστεύσαντες περὶ ἐμοῦ. τὸ δ' οὖν τελευταῖον, ἐγὼ μὲν βασιλεύων ἀπέθανον, οὗτος δὲ ἐν φυγῇ ὤν, παρὰ Προυσίᾳ τῷ βιθυνῷ, καθάπερ ἄξιον ἦν, πανουργότατον καὶ ὠμότατον ὄντα. ὡς γὰρ δὴ ἐκράτησε τῶν

se trausportasse, atque hæc confeci meipsum periculis opponēs, & in pugna vulnerari nō timens. Et vt quæ apud Tyrum & Arbelas gesta sunt omittam, vsque ad Indos veni, atque Oceanum mei regni terminum feci, & illorum hominum elephantes cepi, ac Porū captiuū abduxi. Scythas vero homines certe non spernēdos, Tanaim trāsiens magna equitū pugna vici, ac amicos meos remuneraui, inimicos autem vltus sum. Si vero Deus hominibus videbar, parcendum illis erat. Nam rerum magnitudine, vt tale aliquid de me crederent, inducti sunt, tandem mors me regem occupauit. Hic autem Hannibal apud Prusiam Bithyniæ exulauit, vt crudelissimo & pessimo homini conueniens erat. Nam quo pacto Italos vicit omitto dicere, nam non virtute, sed malicia atque perfidia & dolis id peregit, nunquā autem alicuius claritudinis aut iusti memor. Sed quoniam, quod deliciose

cioſe vixerim, vituperauit, oblitus mihi videtur eorum, quæ apud Capuã admiſerit. Ibi enim mulieribus debitus fuit, & voluptatibus vir iſte mirabilis, belli gerendi occaſiones prodidit. Ego vero niſi ea quæ ſub occidente ſunt, parua quidem putans, verſus Orientem me impuliſſem, quidnã adeo magni profeciſſem? Qui Italiam abſque ſanguine capere, ac Lybiam, omnemque eam oram vſque ad Gades, ſub poteſtatem redigere facile potuiſſem? Sed hæc ego tanta contentione digna non putaui, præſertim iam antea illis perculſis, ac dominum agnoſcentibus. Dixi. Tu vero, Minos, iudica. Nã & hæc e multis protuliſſe, ſatis eſt. Sc 1. Nõ, niſi me quoq; prius audias o Minos. M 1. Quis tu vir optime es? aut vnde? quod hiſce claris ducibus te conferre audes? S c. Scipio Romanus, qui Carthaginẽ deleui, & Afros multis magnis præliis deuici. M. Quid igitur & tu dicis?

τῶν Ιταλῶν, ἐῶ λέγειν, ὅτι οὐκ ἰσχύϊ, ἀλλὰ πονηρίᾳ, καὶ ἀπιστίᾳ, καὶ δόλοις. νόμιμον δὲ, ἢ προφανὲς, οὐδέν. ἐπεὶ δέ μοι ὠνείδισε τὴν τρυφὴν, ἐκλελῆσθαί μοι δοκεῖ οἷα ἐποίει ἐν Καπύῃ, ἑταίραις συνὼν, καὶ τοὺς τοῦ πολέμου καιροὺς ὁ θαυμάσιος καθηδυπαθῶν. ἐγὼ δὲ, εἰ μὴ μικρὰ τὰ ἑσπέρια δόξας, ἐπὶ τὴν ἕω μᾶλλον ὥρμησα, τί ἂν μέγα ἔπραξα; Ιταλίαν ἀναιμωτὶ λαβὼν, καὶ Λιβύην, καὶ τὰ μέχρι Γαδείρων ὑπαγόμενος. ἀλλ' οὐκ ἀξιόμαχα ἔδοξε μοι ἐκεῖνα, ὑποπτήσσοντα ἤδη, καὶ δεσπότην ὁμολογοῦντα. εἴρηκα. σὺ δὲ ὦ Μίνως δίκαζε. ἱκανὰ γὰρ ἀπὸ πολλῶν καὶ ταῦτα. Σκι. μὴ πρότερον, ἢν μὴ καὶ ἐμοῦ ἀκούσῃς. Μί. τίς γὰρ εἶ ὦ βέλτιστε; ἢ πόθεν ὢν ἐρεῖς; Σκι. ἰταλιώτης Σκιπίων, στρατηγὸς, ὁ καθελὼν Καρχηδόνα, καὶ κρατήσας Λιβύων μεγάλαις μάχαις. Μί. τί οὖν καὶ σὺ

σὺ ἐρεῖς; Σκι. Ἀλεξάνδρου μὲν ἥττων εἶναι, τοῦδ' Ἀννίβου ἀμείνων. ὃς ἐδίωξα νικήσας αὐτὸν, καὶ φυγεῖν καταναγκάσας ἀτίμως. πῶς οὖν οὐκ ἀναίσχυντος οὗτος, ὃς πρὸς Ἀλέξανδρον ἁμιλλᾶται, ᾧ οὐδὲ Σκιπίων ἐγὼ ὁ νενικηκὼς αὐτὸν, παραβάλλεσθαι ἀξιῶ; Μί. νὴ Δί' εὐγνώμονα φὴς ὦ Σκιπίων. ὥστε πρῶτος μὲν κεκρίσθω Ἀλέξανδρος, μετ' αὐτὸν δὲ σύ, εἶτα εἰ δοκεῖ, τρίτος Ἀννίβας, οὐδὲ οὗτος ὑπερφρόνητος ὤν.

cis? Sci. Alexandro quidem minorem esse me, Annibale autem præstantiorem, vt qui ipsum persecutus fuerim, & ad turpem fugam cōpulerim. Quō igitur non impudens ille videatur, qui cū Alexandro se comparet, cui ne ipse quidem Scipio, qui illum deuici, comparare me ausim. M. Per Iouem æqua dicis, Scipio, quapropter primus quidē iudicetur Alexander, deinde post illum tu, atq; tum si placet, tertius hic Hānibal quippe qui nec ipse contemnendus existat.

Διογένους καὶ Ἀλεξάνδρου. Διογ.

Diogenis & Alexandri.

